

P R D



1 6 1 3

Valentinus Andreas Molitor,
Cancell. Hal. Sax. M.
April 1670.

Xn 6 Q

XI. 102
TRACTATUS
DE ARTHRITIDE
EIVSQUE DIFFEREN-
TIIS SEV SPECIEBVS.

SIGISMVNDI KOLRE-
TERI DE MONTE SANCTAE ANNAE
PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE
DOCTORIS.



LEVCOPETRAE
EXCVDEBAT GEORGIVS HANTZSCH.
ANNO M. D. LXIII.

TRACTATUS
DE ARTHROIDE
RIVSQUE DIFFERENTIA

SIGISMUNDI KOLLE
LEONORAE SANCITAE ANNAE
PHILOSOPHAE ET MEDICINAE
DOCTORIS



LEVCOPETRAE
RECDIBAT GEORGIVS HANSEN
ANNO M.D.C.LXXII

AMPLISSIMIS CONSILIO, PRVDENTIA

PRAESTANTISSIMIS, HONESTISSIMIS
QVE CONSVLIVS ET SENATVI
VRBIS ZVICCAVIENSIS, SIGIS
MVNDVS KOLREVTTER PHI
LOSOPHIAE ET MEDICI
NAE DOCTOR,
S. P. D.



OMINEM SVBIECTVM NOSTRAE
pia & Sanctæ artis omnes sani inge
nii ponunt, qui cum generationem
ortuque ex materia alterationibus
obnoxia, habeat quandoq; à bona &
iusta temperie, pro qualitatibus inter
se actione & passione labitur, Voluit autem eius
conditor, lapsus hac salubri arte ut corrigerentur,
unde ipsam sanxit & instrumenta eius quibus id
commode fieret, uocatis concessit Dietam nempe,
i. uictus rationem, pharmaceuticam & chirurgiam,
Sed hæc est iam Medicorum infœlicitas, ut cum uno
(ad ipsos enim proprie simul pertinent) uti uolue
rint, ab alijs petendum prius sit, uel cum ipsorum
consensu proponendum. Uictus enim rationem
aniculæ instituunt, Medicamenta pharmacopolæ
ad libitum preparant, non solum corpus sed & cru
menam euacuantia, Naturæ ut Plinius refert placu
erat

erat remedia parata esse uulgo quæ sine impendio
haberi possent, sed postea (dicit) fraudes hominum
(semper enim templo Domini diabolus sacellum
adiungit) & ingeniorum captura officinas inueni-
re istas seplasiariorum, in quibus sua cuiq; homini
uenalis promittitur, uita & quod peius est alligatos
medicos ipsorum compositionibus uolunt, in qua-
rum tamen mistione ultra ea quæ deficiunt & sub-
stituuntur, etiam nullus delectus ingredientium ha-
betur, præter id quod nostris corporibus & regio-
nibus minime ordinatæ sunt: Quis .n. adeo obtusi
est ingenij medicus qui per exquisitam simplicium
cognitionem miscere conuenientia non queat: de-
plorandum est nobis in tantum placere exotica ut
interim quæ foribus ex beneficio nature adnascun-
tur nostris dico negligamus, extollenda certe ideo
uenit laudibus beneuolentia, fides, prouidentia, &
animus singularis erga subditos ciues, artem medi-
cam & ipsius professores prudentissimi senatus
montis Sanctæ Annæ, qui maximis sumptibus & la-
boribus instrumentarios hosce corrigere officinasq;
ipsorum emendare, putrida à sanis & inutilibus se-
parare aggressus est, quo medicis hoc ipsorum in-
strumentum integrum restitueret, utq; in posterum
in pharmacopolio ipsorum selectissima haberi pre-
parari, & uendi iusta mercede possint, Deus *Παύτα*
κράτα pro hoc in omnes pio & necessario beneficio
ipsi prospera cuncta largiatur, nam ipse quasi solus
adhuc, subiectum (instrumentum) mortale immor-
talis

talis animæ ad similitudinem creatoris factum, fas
num incolume conseruare, et debitis datis, bonis re-
medijs deficiens rursus restaurare summa cum dili-
gentia & pietate conatur. Olim ipsi nostri ministri
erant, nunc nos ipsorum fere seruos exoptant.
Tertij instrumenti professores non est quod accu-
sem, cū iam chirurgorum nomen interim dum bar-
bam radunt sibi excogitarint (Barbichirurgi potius
us quam chirurgi dicendi) ipsisque fas est, ex uno hoc
artis medicæ instrumento peculiarem & separatam
artem constituere, nescientes eum qui absque detri-
mento agrorum manibus mederi uoluerit, ne em-
plastrum minimū cuti sine regularum artis intima
cognitione applicare posse. Consideret quæso ses-
natus prudentissimus quæ Medicorum infœlicitas,
& quo pacto nobilis hæc sacratissima ars & scien-
tia plurimis instrumentis, per quæ operationes
suas natura morborum medicatrix perficere debet,
spoliata, nuda exilis & deserta, omnibus in ore sit.
Reijciendi certe exhibendi & extirpandi essent,
mercenarij huius difficilijs exercitij circulatores &
pseudo medici (non minus quam hæresis alicuius
autores) palam propendente & inflato, toruo aspe-
ctu bouum instar oberrantes, suaque impudentia &
ignorantia homines aut subito iugulantes, aut im-
mature interitui preparantes, quos uulgus bono
genio afflatus credens, admiratur, ueneratur, ipsisque
reuerenter adhæret, ignorans parcarum illam quæ
uitam hominibus abscindit in haræ collegio ipsos

A 5 pre

præceptorem habuisse, absurdum est ut cuiuscumque
medicum se professo, statim credatur, cum sit peris-
culum in nullo mendacio maius, quidquid enim
sciunt periculis nostris & aliorum didicerunt, &
experientias (unde & Empirici uocantur) per mor-
tes egerunt, neque cessant quotidie que somniant aut
absque iudicio legunt tentare, Verus autem & ratio-
nalis medicus à iuuentute literis imbutus, raro quid
noui experitur (cum tamen per rationem posset)
thesaurus enim maximus & *υαρθημιδου* fecundus, locus-
ples, nuncquamque deficiens experimentorum ab
antecessoribus ipsi quasi per manus traditum infi-
nitis pene ab hinc lustris est, quibus tuto uti potest
ex arte per multas uigilias edoctus, ea naturis nos-
tris accommodare, quod dictis haudquaquam est
concessum, Medicationisque suæ medicus rationem
reddere potest & debet, cum illi in angulis latro-
num instar, & absconditis locis, carnificinam exer-
ceant, Mirandum quare in hac sacratissima arte tot
corruptores (in qua de uita agitur) patiantur, cum
ne minimam sedentariarum artium, nisi approbatis
communi eiusdem artificij magistrorum consensu,
exercere cuiquam sit concessum. Videmus & non
absque animi dolore plures iam nostri temporis fere
esse medicos, quam ægros non ex Idiotis saltem sed
etiam qui literis aliquandiu incumbentes sine fru-
strati sunt, sicut enim olim desperatio monachos,
sic nunc medicos efficit, omnes, n. etiam in utroque
sexu ex rudi cerebro, quod & facillimum Terentius
dixit,

dixit, consilia ægrotis impertiunt, cum præter quod
nesciant capitis & inguinis discrimen, etiam pericu-
losa sit, in hac arte experientia ut monuit Hippocra-
tes, taceo quod nec Deus omnipotens omnes nos
Medicos esse uoluerit, sed dona & uocationes di-
uersas ut sacræ testantur literæ. Quam longa autem
& difficilis sit hæc ars, unus de quo agendum est
declarat morbus, ut certe liquido appareat non cui-
libet in hac militare concessum obiter esse, nisi per
multos labores, sudores, annos, uigilias, peregrina-
tiones sumptusq; ipsi incubuerit, sed iam docti
parum æstimantur, ignari modo arrogantes simul
sint, coronantur, aurum ubiq; ingenio, contra quam
olim preciosius, uirtus omnis plenæ crumenæ in-
hæret, nec præmium ullum apud pauperes habet,
quilibet iam pressus rerum ad uitam necessariorum
penuria bonis artibus, & scientijs indulgere non
potest, nulla spes namque recompensationis ali-
quando reliqua est, & sic ob inopiam, ægestatem,
frugiferæ spei ablationem, optima quæque inge-
nia elanguescunt & collabuntur, Utinam potentes
literatis & doctis uiris ea elargirentur, quæ alendis
bestijs, histrionibus, & inutilibus negotijs impen-
dunt, bene erga bonas artes & pura ingenia agere-
tur, tum enim Aristoteles, Hippocrates, Galenos,
aliarumq; scientiarum peritissimos, & nostra pare-
rent secula, inter Beatos, senatus & magistratus, po-
pulusq; ille, ab antiquioribus ut monet Hippocra-
tes reputabatur, qui sciebat & cognoscebat bonos
&

ΕΠΙΣΤΗΜΟΝ



& doctos uiros esse sua munimenta, non turres nec
muros sed sapientum prudens consilium, uerum
qui iam ubique quasi in prætio habeantur, fouean-
tur, & exaltentur quotidiana monstrat experientia.
Solet at, fortuna plerumq; locupletare indignos, &
ex crumena non uirtute nobiles reddere: Musæ in-
terim ipsarumq; ministri ludibrio habentur, sub-
mersæ quia contemptæ iacent, solitudines petunt,
locaq; si possunt quieta incolunt, sique ipsis pro-
spera & serena aliqua aura corruscat, caput saltem
exerunt, nec alas libere pandere possunt aut saltem
absque noxa dilatatas retrahere, tamen & nubilo
cælo canunt, sed surdis fabulam, hæc ex iussu uoca-
tionis.

Vt ergo unius saltem lapsus & morbi quo iam
per plures afficiuntur, exquisita per rationalem ar-
tem curandi & abigendi methodus haberetur, ego
minime fugiens laborem, considerans uocationem,
haudquaquam expauescens aspidum uirulentor-
um artis nostræ ictus, ad fulciendum iam in rui-
nam declinantem artem, obediens petitioni mul-
torum, quibus ne ardentius quid denegare fas erat,
utque per omnia licita promptum beneuolis (&
præcipue Egregio uiro domino Ioanni Georgio
ab Elterlin, affini meo obseruandissimo, cuius salu-
bre & honestum desiderium labori nostro initium
dedit) meum declararem officium, tractatum de
morbo articulari conscripsi, ea etiam præcipue de
causa quoniam & Medicis quibusdam ex uulgi in
concinna

concinna opinione persuasum sit, ipsum artis no-
stræ beneficio tolli non posse, sed quam uerus sit
conceptus ille, textus tractatus ubi de cura agetur a-
periet. Etsi autem suscepto labori minime sim suf-
ficiens, fretus tamen prouerbio ἄρκει δ' ἐν μεγάλοις κού-
βη θέλημα μονόν, ipsum aggredi uolui, hortante di-
ceto, ἀντίπραξις καλον μετὰ πόνου ὁ μὲν πόνος οἴχετε, το δὲ
κάλον μλνει, ἀντίποισις ἀίχρον μετὰ ἡδονῆς το μὲν ὕδου οἴχετε
το δὲ αἴχρον μλνει, consciusq; sum egomet mihi me plus
res habiturum zoilos, qui fortassis ignorant exper-
tas esse musarum fores calumniarum & obtrectas-
tionis. Bene contentus ero ubi à tribus uel quatuor
artis nostræ consodalibus quæ scribimus approba-
ri intelleximus, non enim idiotis, quibus omnino ri-
diculū fore propositum nostrū & sciolis etiā nostri
exercitiū quibusdam scimus, hūc damus, sed studio-
sis & ueritatem amātibus. Optima enim malunt ple-
riq; contemnere quam discere. Sub uestro autem
nomine in publicum ut prodiret uolui, quia in ur-
be uestra dum uobiscum uiuens artem medicam ex-
erceo compositus & iam maturus completus est,
quoq; iutores benignos omnibus reuerendos &
plurimæ autoritatis mihi conciliarem, ad quorum
tutatum & præsidium, si Deus uitam & mansionem
apud uos concesserit, maiora postmodum essent ag-
gredienda, publicanda, & posteris relinquenda que
iam dudum in promptuario nostro patronum &
mæcenatem expectarunt, & tandem quia omnibus
a notum

notum, doctos præcipue uero iuuentutem funda-
menta facultatum addiscere cupientem Zuiccauis
enses perpetuis gratiarum actionis officijs obligatos
tenere, ob trilinguam scolam quam in bono recto &
laudabili statu per infinitos fere alunt annos, in qua
quam plurima optima ingenia adeo exculta fuere,
ut non solum domesticis sed & exteris admiratio-
nem pepererint & in posterum parient. Respiciatis
ergo animum auctoris & utilitatem tractatus, non ip-
sius uerborum splendorem aut ornatum, remedijs
siquidem non eloquentia morbi curantur, Vigilijs
asq; laboris nostri æqui boniq; consulite. Zuic-
cauij sub consulatu prudentissimi uiri, Vofgangi
Mulpforthij cui ob claritatem, boni nominis familie
uetustatem, præclaras animi dotes, & amorem in
omnes eruditos me plurimum debere fateor, Prid:
Calend: Augusti, 1563.

AD

AD LECTOREM.

Svscipe candidè Lector tractatum de morbo articulari, inuenies in ipso pulcherrimas obseruationes & optimum ordinem curandi expertaq; quam plurima, non solum per præceptores sed me ipsum remedia non tantum nostris, sed etiam alijs regionibus facile parabilia, & ubi ex sententia tibi labor noster responderit mei memor esto, sin minus recorderis dicti Hippocratis qui sic ait. Non solum se ipsum præstare oportet congrua facientem sed & ægrum &c. horum enim inobedientia probatissimorum etiam doctorum canonicis & rectis curationibus resistit, licet omnia arti eiusq; ministris perperam imputentur. Ordo tractatus talis est, ponimus primo nomen & definitionem, deinde si quas sub se habet differentias, postmodum causas tam internas quam externas, hinc signa plerumq; materiei peccantis quandoq; & ipsius morbi, penultimo prognostica. Vltimo loco curam per triplex instrumentum, dietam, pharmaceuticam, & si qua requiritur Chirurgiam. Non autem erat animus particulares eius differentias & species recensere, uerum cum probatos autores idem fecisse intelligerem, cumq; unicuiq; propria quasi ab ipsis tradantur remedia & obseruationes, (locus enim affectus non parum sua natura curatiuas intentiones immutare potest) & ego qua potui breuitate eoq; quo in uniuersali procedens ordine ipsas explicare nisus sum, tuum erit dicta bene considerare & perpensa foeliciter experiri, quæ enim ab alijs sunt accepta cognosces, cum non stilum imo ne uerbum quasi immutarim. Minime autem nitorem uerborum garriloquentiamue expectabis, cum oratores non simus, sed negotij medullam & ueritatem.

Bene Vale.

*

DIS-

DISTRIBVTIO TRACTATVS.

CAP: PRIMVM. De Arthritidis definitione & differentijs seu speciebus.	fol: 1
CAP: II. De Causis.	fol: 3
CAP: III. De Signis.	fol: 8
CAP: IIII. De Prognosticis.	fol: 13
CAP: V. De Cura in genere.	fol: 16
CAP: VI. De Cura arthritidis sanguineae.	fol: 27
CAP: VII. De Arthritidis biliosae Cura.	fol: 31
CAP: VIII. De Arthritidis pituitosae Cura.	fol: 42
CAP: IX. De Arthritidis Melancholicae cura.	fol: 60
CAP: X. De Arthritidis ex humoribus mixtis cura.	fol: 63
CAP: XI. De Arthritide ex Catharrho.	fol: 68
CAP: XII. De Arthritide ex serosis humoribus.	fol: 68
CAP: XIII. De Arthritidis ex Ventositate cura.	fol: 69
CAP: XIIIII. De Accidentium remanentium post curam Arthritidis correctione.	fol: 70
CAP: XV. De Regimine praeseruatiuo per dietam uniuersali ab Arthritide.	fol: 80
CAP: XVI. De Regimine praeseruatiuo Arthritidis per medicamenta.	fol: 85
CAP: XVII. De dolore Colli.	fol: 91
CAP: XVIII. De dolore Dorſi.	fol: 92
CAP: XIX. De dolore humeri.	fol: 95
CAP: XX. De dolore Cubiti.	fol: 97
CAP: XXI. De Chiragra.	fol: 97
CAP: XXII. De Coxendicum dolore.	fol: 98
CAP: XXIII. De Genuum dolore.	fol: 120
CAP: XXIIII. De Podagra.	fol: 123

DE

DE ARTHITIDIS

DEFINITIONE ET DIFFE-

RENTIIS SEV SPECIEBVS.

CAPVT PRIMVM



SSA sciunt anatomes corporis humani periti in genere dupliciter componi, nam quaedam ipsorum per Symphy-
 sin, quaedam per articulum coniunguntur: habet utrumque genus sub se plures differentias & species nobis tamen ad intelligentiam sequentium unum eorum tantum inseruit, nempe articulus seu articulatio, unaque ipsius differentia *ἰαρθρωσις*. i. artuum compages, cuius manifestus & evidens est motus, & tres ipsius species quarum prima *ἐναρθρωσις* dicitur, cum sc. excipiens cotyle cauum admodum est & caput quod ipsi inseritur oblongum ut in coxa, Altera *ἀρθρωσις* quae cauum leniter & in superficie, capitulumque etiam depressum habet ut in humeri cum scapula iunctura. Tertia *Γίγλυμνος* in qua ossa sese inuicem ingredientia coniunguntur, ut Vertebrae, spinae, humerusque & cubitus, Ad has igitur omnes sensibilem & perceptibilem motum praestantes totius corporis iuncturae referantur, non absolute & proprie, uerum in quantum musculis seu carne tendonibus, neruis, membranis, uenis, arterijs, ligamentis, cartilagine, cuteque circumdantur, horum siquidem quorundam ratione, ut carnis, neruorum, tendinum seu Chordarum, membranarum, Venarum, arteriarum, cutisque dolor de quo agetur percipitur, ut pote sensu praeditis, non ossium, cartilaginum, ligamentorum, cum nullus a natura ipsis sit datus, doloris autem proprium est, materias insensibiles haudquaquam infestare. Dictam ergo articulorum compagem, cohaerentiam & colligantiam dolor molestare consuevit, qui a doctioribus communiter & in genere *ἀρθριός*, morbus articularis, iuncturarum dolor, Artetica, a loco affecto appellari solet, Gutta aut le gotte Italis a modo

B

gene-

2
generationis, Apostema articulorum propter tumorem, Dolor Venenosus propter uehementiam, à Græcis quibusdam sicut & à nostris Germanis, nomine Podagræ insignitur, dicunt enim, Er hatt das zipfferlein in henden füssen &c. alio tamen & magis proprio nomine ab iisdem, die reisende gicht uocatur, licet Podagra particularis cuiusdam membri propria sit affectio ut in sequentibus docebitur. Est igitur Arthritis (cuius reliqua Synonima uolens omitto) affectio seu potius tristis imbecillarum iuncturarum periodica sensatio, ex mala complexione aut humorum in corpore, qualitate uel quantitate peccantium, ad ipsasq; simul & semel uel per uices, repente aut paulatim (quod plerumque fit) descendentium, uel denique solutionis continuitatis ratione ipsis eueniens, modo de iunctura ad iuncturam transiens. Vnde uagatiua, quandoque in ipsis permanens unde fixa, nodos quandoque efficiens, unde nodosa & porosa dicitur, membra tunc in debito motu impediens, trahens aliquando in consensum, cerebrum, aures, dentes, fauces, hepar, splenem, Irim siue coronam pupillam oculi ambientem, & simpliciter dolor articulorum sumptus quandoque dicitur causa morbi, quandoq; morbus, nonnunquam symptoma. Ponuntur autem à Medicis plures tristis istius sensationis uel doloris ad iudicium sensus differentie, unde ipsis alius frangitiuus, alius extensiuus &c. uocatur, quas lubens relinquo ne inutilibus libellus repleatur, cum etiam quilibet ab ipsis molestatus eos aliter atque aliter definiat, Proprias tamen & sibi tanquam generi peculiare species (differentias si mauis appella) ex iuncturarum situs diuersitate sumptas nomine solum obiter hic inserendas utile duxi, multum enim lucis huic nostro labori dabunt, cum eo ordine quo nunc recensentur, postmodum & particularis cuiusque speciei ea methodo quo generis, nomen, definitio, differentie, cause, signa, prognostica, cura per triplex instrumentum, dietam nempe, Pharmaca, & Chirurgiam tradetur, præter utilitatem enim etiam ordo legentibus placebit. PRIMO ergo loco ponenda esset articulationis maxillæ inferioris dolor, quæ ad artheodiam refertur, quoniam autem nullus maiorum nostrorum ipsius mentionem facit, & ego eum sub genere inclusum relin-

relinquo, nisi spasmus Cynicus esset explicandus huius iuncturae musculis
proprius tamen extra propositum cum ab arthritide eiusque speciebus ipse
sit exclusus omnino, uel quod Venia quorundam dixerim raro ipsis eue-
niat. Habeant ergo pro prima specie Trachelagram seu colli dolorem,
Deinde dolorem dorsi seu totius spinæ exceptis uertebri colli. Pro Tertia
Humeri. 1. Coarticulationis humeri cum scapula, quarta erit iuncturae
humeri cum cubiti fœcililibus. Quinta Chiragra. 1. omnium, post cubiti
osium cum Brachiali connexionem, iuncturarum, Sexta, est sciatica I=
schias seu coxendicum dolor aut ancharum, Septima, Genuagra seu Go=
nagra. 1. articulationis femoris cum tibia & superinherente patella seu
mola, Vltima est Podagra. 1. totius pedis uel aliquarum ipsius iunctura=
rum à tibiæ & fibulæ cum talo & calce coherentia inchoando, Parcant
lectores si barbaris & inuistatis utor uocabulis quibusdam, contentus ero
si, quæ scribo absque garrulorum eloquentia intelligantur, cum & à no=
stris maioribus ea recepta inuenerim, qui de enumeratis quibusdam copio=
se & eleganter scripserunt, utpote sepe euenientibus, de alijs pauca ad=
modum utpote raro conspicuis quorum uestigia & ego insequar.

DE CAUSIS, CAP. II.

AD Primum nunc institutum redeundo causas omnes doloris articu=
lorum, qua potero breuitate recensebo, à multis enim diuersisque
causis oritur, unde propter ipsarum copiam & generationis uarietatem
neque internosci nec curari probe potuit, & sparsa est deploranda in uul=
gus opinio & persuasio, cum arte medica tolli non posse, cum ut ex se=
quentibus clarum fiet, si quis species & differentias ipsius, quot, qualesque
sint, item reliqua quæ necessario ad ipsas referuntur, causasque omnes bene
& recte cognouerit, non solum morbum ab initio (nam inueteratas tolle=
re affectiones operosissimum est) curabit, sed etiam diu ab ipso molesta=
tos plurimum iuuabit. Causatur ergo ab aëre ambiente frigido, conge=
lante

B 2

lante

lante, indurante, & frigidam intemperiem inducente, à calido dissolvente, rarificante iuncturas ipsas, à sicco exiccante, & acredinem superfluitatibus inducente præcipue si caliditas accedat uehemens, ab humido nimia & extranea humiditate iuncturas replente, relaxante & humiditatum fluxiones ad ipsas coadiuuante, Item à nimio Vini potu maxime ieiuno stomacho uel potu eius aut aceti super cibos nondum concoctos in Ventriculo, crapula & ebrietate assidua, unde cruditates oriuntur quæ non solum huius, sed etiam pene infinitarum sunt mater ægritudinum, frigida intempestiua & insueta ingurgitatione, frigidorum aquosorum & multorum malorum eduliorum usu, Somno diurno & uigilijs multis debilitantibus naturam, statione diuturna, uehementi & concitata deambulatione, lassitudine immodica, equitatione crebra, familiarium exercitiorum intermissione uel ipsorum usu statim à cibo, ut dicit ille, rustici cum ditantur arthritici fiunt, quia post multos labores nimium quiescunt. Originem etiam ducit ab offensione, casu, impulsione, percussione, obuiatione rei contudentis, incidentis, conterentis, luxatione, præcedente tamen sed hætenus quiescente in corpore humorum abundantia, postmodum à causa externa mota, a coitu maxime post repletionem, quia motu suo diffunduntur humores, dilatantur uia, calescunt iuncturae, Hippocrates tamen ipsum morbis ex pituita utilem pronunciauit, sed moderatum & in habentibus uires robustas, nam humores ipsorum digerit & exiccet, Consueti etiam subitam dimissionem sequitur, uel eius nimium usum, libido siquidem sola articulare morbum promouet, Retentionem etiam sudoris copiosi uel urinae, aut aliarum excretionum consuetarum, consolidationem ulceris humidi chronici, firmationem aut retentionem catarrhi diuturni petentis pectus uel stomachum, exemplo est ille cui catarrhus defluens ad pectus expuebatur, qui postmodum iuncturas occupans dolorum ipsorum causa fuit, natura siquidem prioris uiae oblita per meatus occultos materiam ad iuncturas demittebat, Causatur insuper ex moerore, curis, ira, & reliquis animi accidentibus & perturbationibus, hæ enim non modo commouent humores noxios ut iuncturas petant, sed & primario

S

mario & per accidens ipsos procreant, Scio ego quosdam Arthriticos, factos ex subito terrore sic ut etiam per plures paroxysmos morbus cum illis consensceret. Acquiruntur & dolores hi ex hereditate .i. ab utroque parente, dico parentes comprehendendo marem & foeminam propter philosophorum, eas semen emittere, uel saltem ad generationem foetus conferens negantium falsam opinionem, notae enim mihi sunt honestae familiae quarum nec aui nec proaui ipso laborarunt, sed matres & auiae tantum, natorum tamen ex ipsis maior pars arthritica facta est, nec obstat aphorismus: mulieres Podagra aut articulari morbo ante mensium retentionem corripere non posse, bene uerum est ipsas de quibus dico in senectute & postquam menses cessassent, uiduamque cum essent, eo morbo primum affectas fuisse (est tamen & nunc Iuueniculis etiam familiaris) semen tamen ipsarum cum adhuc conciperent & parerent uitiatum extitisse ueritati minime absouum est, (nam etsi non affligerentur, debiles tamen haberent potentia articulos) quod excretum in matricem utpote generationi necessarium, habent uitium debiliu articulorum in se a quibus decisum fuit matribus indutias dedit & natis ipsam implantauit, nam cum purgantur & pariunt etiam Hippo: ipsas saniores pronunciat, postquam autem menses uel naturaliter .i. per aetatem, uel ob alias causas praeter naturam retinentur materiae prioris uiae oblita (non .n. subito cum cessat naturaliter eorum expurgatio & generatio ipsorum deficit, cum alios quoque difficiles morbos ex ipsorum per aetatem retentione fieri cernamus) iuncturas petunt, adiuuante semine retento, quod & ipsum seniores & periculosiores morbos retentum quam ipsa sit arthritidis procreare potest, superfluitatumque copia quae ipsis tum utpote senescentibus coaceruatur, a matribus ergo ut concludatur digressio ad placitum oppositis mihi, quandoque hoc in casu & arthritidis seu dolor iuncturarum per generationem acquisitus causari potest, manifestum praeterea & hoc est experientia parentes arthriticos genuisse filios similiter omnes eo malo infestatos, Alios uero, nunquam ab ipso correptos, quosdam partim arthriticos partim ab ipsa liberos procreasse filios suos. Reddunt huius uarietatis hanc causam

¶
Sanæ sed satis ut mea fert opinio frigidam, dicuntque conceptos tempore
præsentis paroxysmi (fortassis tollerabilis) omnes fieri arthriticos, qui
uero in interpolationibus seu intermissionibus, absque ea semper uicturos,
nam secundum medicos semen à sanis partibus deceditur sanum, ab ægris
ægrum, in interpolationibus iuncturæ sanæ reputantur, in occupationibus
uero ægræ, unde & hæc diuersitas oritur. Dictis rationibus ego parum
tribuo quia debilitas innata articulis semper inest, bene sanæ sunt quatenus
ad paroxysmum, sed non quo ad debilitatem, unde citius crediderim debili-
tatem ipsam cum parentum semine foetui ingenerari, prout autem in pro-
gressu uitæ reguntur, eos etiam uel arthriticos uel non fore, cum ipsa ut
sepius dicitur sola morbum seu paroxysmum non inuehat. Simile quid in
morbo Gallico affectis euenire uidi, nam nobilis quædam mulier pisana ex
marito conceptum lue illa scatente cum ex contagio et ipsa similiter labo-
raret, peperit filium eodem uitio imbutum, Alium deinceps sanum prorsus,
tertium rursus infectum, cuius rationem cum à preceptoribus quærerem,
similis mihi paulo ante dictæ data est, sed minime sufficiens, habebitis a-
liquando & huius quæstionis, si Deus uitam prolongarit, solutionem.
Intemperiem etiam sub causas arthritidis referunt quæcunque illa sit ma-
xime confirmatam iam & proprie frigidam, quandoq; et calidam, debili-
tatem iuncturis inferentem, & inde coaceruationem excrementorum, uel
per attractionem, susceptionem aut generationem in ipsis causantem, Im-
becillitas .n. una est precipuarum causarum huius morbi, siue acquisita
sit ex natiuitate, uel ex longo morbo contracta, uel dolore aut ratione si-
tus .ß. sub membris alijs aut à quacunque alia causa tam interna quam ex-
terna, non enim nostri instituti est inuestigare causas imbecillitatis, sed
morbi aut affectus de quo agitur, uerum est hoc quod dixi debilitatem
nempe iuncturarum esse unam ex primarijs eius causis, probatissimi ta-
men uolunt doctores, ipsam solam arthritim efflicere non posse, etiamsi ex
natiuitate sit acquisita, alioquin exacerbationes essent continuæ, quia de-
bilibus articulis debilitas semper inest, & hæc obseruent legentes ut quo-
modo etiam arthritidis hereditaria curari possit intelligere queant. Abun-
dantis

7
Abundantia humorum nihil minus tribuunt in generatione huius affectionis,
siue illa sit cocochymica siue plethorica, ut plurimum tamen ex uitiosis,
crudis, excrementitijs & puri crassiori similibus humoribus qui progres-
su temporis semper magis crassescunt uiscosioresque efficiuntur initium
sumit, seu superfuitatibus primæ secundæ & tertiæ coctionis, quarum ge-
neratio frequens est in senibus, item laborantibus aliqua egritudine chro-
nica, uisceraque debilia ex quacumq; occasione habentibus, conualescenti-
bus, possunt & humores alij singulatim in corpore abundantes, ut san-
guis, bilis pituita aut melancholica uel mixti inuicem affectioni ansam
præbere, quod & plerumq; contingit, Item serosa excrementa seu ichores
qui plerumq; extra uasa ad iuncturas feruntur, flatus etiam: Notetis ta-
men quod iam dictæ causæ imbecillitas scilicet & humorum qualibet ab-
bundantia, licet primas obtineant, inter reliqua tamen una ex ipsis sola af-
fectum hunc nullo pacto potest procreare, de imbecillitate prius dictum
est, nunc de humoribus quomodo nec ipsi soli, nam non articulis modo in-
fluerent, sed etiam reliquas corporis partes occuparent. Fluunt autem ad
iuncturas quia debiles ipsos excipiunt, uel ob calorem aut dolorem attra-
huntur & propter plenitudinem uel eorum subtilitatem, acuitatem, ebul-
litionem, liquefactionem, ex uenis in iuncturas exudant, uel sub cute per
inconspicuos meatus à capite & alijs locis eo destillant, præter has uias
& causas non uidetur quomodo ad omnes iuncturas simul (quod tamen
raro contingit) humor fluere possit, non negandum etiam in iuncturis &
ipsos posse gigni & coaceruari, quia uacua multi motus, debilis comple-
xionis & frigidioris, situatæ in extremis remota à fonte caloris, & criti-
ce. i. iudicatorio modo eo detrudi sed per dictas uias. Ambæ igitur iunctæ
i. debilitas artuum & abundantia humorum morbum generant, adiuuante
mandantium membrorum robore, quo materias ad exteriora pellant, am-
plitudine seu raritate meatuum per quos ad iuncturas imbecillas transire
debent, ut eo confluentes, cavitatem naturalem ipsorum, uel ex mala com-
positione aut connexionione contractam replendo, circumiacentiaq; corpo-
ra distendendo dolores excitare possint, unde pro multitudine ipsorum &
qualitate

8
qualitate, laxitate meatuum, & raritate partium, affectio aut maior uel minor, uehementior aut mitior, breuior uel diuturnior efficietur, neque hoc quia mirum pretereundum, cum extra uasa sint plerumque humores quare non putrescant, & hoc ipsis sit, quasi proprium, sed ratio est quia natura partes illae durae sunt neruosae & frigidiores, humorque qui ipsis influit putredini ut plurimum est ineptus tum quia medicamenta suppurantia ipsis non imponuntur, Concedendum tamen ipsos quandoque putrescere, cum .sc. crassi & uehementer condensati uel aliter apti moderate calefiunt, nam si acres & subtiles fuerint erosio potius quam putredo contingit, Refertur & ad causas aegritudinis huius curatio doloris colici in qua corroborata intestina materias non amplius recipiunt, sed ad iuncturas iuuante ipsa natura propellunt, quod ego bis uel ter ad minus uidi, fueruntq; & in hac sententia principes medicinae ut scrutanti ipsorum labores manifestum fiet. Hydrops quoque sanata in hoc genus uitij degenerauit ut Hippocrates testatur. Apta autem ut facile arthritim incurrant (agens .n. non agit absq; patientis dispositione) sunt corpora phlegmatica pingua, amplorum meatuum & laterum uenarum (intelligatur hoc de acquisitio habitu, nam pingues plerumque uenas habent angustas) deinde sanguinea, post Cholericas, ultimo melancholicas, sunt & ad ipsam magis dispositi uiri quam mulieres, quia irregulariter uiuunt & in coitu magis fatigantur, mulieribus .n. superfluitates per singulos menses emittuntur. Item senes magis quam iuuenes, multiplicantur .n. ipsis superfluitates propter debilitatem, conualescentes etiam ex aegritudine longa ubi non debite fuerunt purgati & eorum uirtutes corroboratae, piscatores item, fallones, Trauli, Viatores, & maxime omnium illi qui parentes habuerunt arthriticos.

DE SIGNIS, CAP. III.

AD signa descendere ordo tractatus eos iubet, essent autem primo separatim ponenda signa ipsius morbi iam facti & consistentis generalia,

neralia, sed quia adeo manifesta ut declaratione non indigeant & quia ex
dicendis colliguntur, cumq; multitudo causarum quæ ipsum procreant,
ut & supra inuimus non modo ad internoscendas ipsius differentias, sed
etiam rectam curationem cognitu necessaria sit, quæ nam ipsorum præ=
sentis affectus sit causa explicabitur, externarum autem & erroris in
sex rebus non naturalibus æger dabit relationem, Nos intemperiei, Abun=
dantiæ humorum plethorice uel cacochymice simplicis aut mixtæ, catar=
rhi, serositatis & flatus, dabimus. Si igitur arthritis sit ex intemperie
aderit dolor absq; grauedine, tumore & inflatione, permutatione colo=
ris partis, uel signo materiei, quælibet autem ipsius particularis differen=
tia ex proprijs inditijs siue simplex aut composita sit facile cognoscetur,
quorum enumeratione hic supersedeo cum qui ipsa scire desiderat ex
unicuiq; humori appropriatis notis ea extrahere possit, ipsisque attribuere
etiam quia raro (forsan nunq̄) intemperies aliqua nuda huius affectionis
causa sit ut ante diximus.

DOLOR autem ex Plethoria .i. plenitudine cum sc. humores ex
æquo in corpore abundant hisce deprehendetur inditijs, membra affecta
tumida & extensa circum quaque sunt & ad tactum temperata inueniun=
tur, signaq; repletionis corporis in propatulo habentur, ut magnitudo
pulsus, grauitas totius corporis & membrorum tensio, pigritia, impoten=
tia ad motum non tanq̄ ex debilitate, sed quasi portantis onus, sudor faciei
& rubor, frontis grauitas, hebetudo ingenij, destructio appetitus & som=
nus multus, regimen præcedens repletionale, otium, retentio consuetarum
excretionum, dolor in loco in principio est paruus & secundum mate=
riei accessionem augetur, nec uenæ exterius repletæ apparent.

SI uero sanguis sit causa, plenitudo corporis adest & tumor in=
gens, non uenarum modo sed totius partis affectæ circa cutem cum rubore
calore, si sc: materia non in alto delitescat, quod plerumque & maxime
in principio contingit, unde & signa hæc duo à calore & colore sumpta,
debilia admodum sunt, adest præterea pulsatio mediocris in alto tumoris
& extensio dolorq; intus delitescit & tardius in tumorem pars attollitur,
C affligun=

01

affliguntur magis tempore uernali & hora matutina in etate quoque iuuenili neque ualde frigida aut calida medicamenta sustinere possunt (signum tamen à iuuantibus & nocentibus quod in posterum semper obseruetur, est incertissimum, propter multiplices deceptiones quæ possunt circa id contingere) assidue etiam affliguntur, quando sanguis sc: assidue & equaliter influit, nam si per interualla, per interpolationes quoque exacerbantur, nec ita durabiles sunt paroxysmi ut illi qui ex pituita ortum habent, urinae in his conspiciuntur fuluae, mediocris crassitudinis cum nebula aut subsidentia alba, quandoq; & præcesserunt edulia boni succi multum nutrientia neglectus exercitiorum & alia sanguinem multiplicantia.

EX Biliosa fluxione si fuerit, cutis color subflauus est, adest calor loci, dolor acutus & lacerans absq; tumore manifesto nisi materia sit multa simul effusa & cito per cutim distribuitur, adest & quandoq; febris cum ualida siti in exacerbationum uigoribus: paroxysmi sunt de tertio in tertium præcipientes statimque uigorem remittentes, & ad tactum multum dolent: mittitur ipsis secundum quosdam bilis ab epate & uenis, estque quasi uehiculum aliarum humiditatum & materiarum, nam quando hæc abundat, fluxiones plerumque in articulos fieri consueuerunt, Iuuantur hi à medicamentis frigidis, ijsque gaudent, urinae sunt subfuluae, acres, rostitq; in ipsarum emissionem percipitur, fit ut plurimum in uigore etatis, temperamento calido & sicco, præcedentibus uigilijs, ira, fatigationibus, constitutione cæli & anni calida & sicca, cibis similibus & quæcumque bilem procreare possunt. Si fuerit ex cholera adusta, caliditas uehemens ad tactum percipitur cum quodam quasi pruritu, nocent his maxime calida gaudent & iuuantur à frigidis stipricis.

PIVITOSI humoris notæ sunt (nam hic plerumq; & maxime rudus bili mixtus arthritidis causa reperitur) color cutis loci affecti quandoq; magis albicans reliqua corporis cute, præcipue si phlegma subtile fuerit, nonnunquam & plumbeus uel omnino non mutatus, tumor
con=

12

conspicitur laxus, moderatus, impressorum digitorum cauitatem ostendens, exacerbationes quotidie paulatim irruunt, per plures horas durant & tardius remittunt, raro integra, quandoq; & frigus in alto iuu-
eturae affecta percipiunt, & iam fortes modo mediocres sunt dolores: mittitur hic humor ut quorundam est opinio a uentriculo & capite ad articulos, iuuamentum percipiunt a calidis per se, hoc ideo dico quia per accidens & calidam materiam resoluendo dolorem mitigant, urinae his sunt crassae & conturbatae, Hac plerumque senes, temperamento frigido & humido, naturali uel acquisitio, pingues, ociosi, in consimili aeris & regionis statu, temporeque hiberno laborant, praecedentibus otio, repletionem cacochymica, uictus ratione frigida & humida Balneo a cibo & c. Vbi autem pituita salsa fuerit pruritus maximus & mordacitas partes laborantes infestat, urinae sunt tenues aquosae cum crasso quandoq; sedimento.

AB atra bile raro originem ducit articularis morbus, dignoscitur tamen ex tumoris colore nigricante in principio & duritie, dolor adest exiguus, sensus frigoris in parte affecta, & corpora in profundo uelut atteruntur & secantur, afficiuntur, pars extenuatur, exacerbationes tum magnitudine tum impetu sunt mediocres, & per quartum quemque diem reuertuntur, parum ab impositis iuuantur, nec cito curationi recte cedit sed resistit, urinae in principio tenues & aquosae quia transcolantur, postmodum atriores & modice crassae, cum subsidentia subfusca, accidit aetati declinanti, temperamento frigido & sicco, uictu, tempore anni, regione, & constitutione aeris consimili. Aduruntur etiam humores hi duo, quandoq; sicut & alij duo primo loco positi. Quorundam signa habuisti, reliquarum ex dictis per te poteris reperire.

Commune signum, iam enumeratis omnibus dolorum differentijs, esse uolunt urinam continentem corpuscula exilia, atomis similia, per substantiam earum dispersa, & prout partes infernas uel supernas occupant,

C 2

supe

superiores quoque uel inferiores iuncturas laborare ex ipsa prognostican-
dum esse, & si per totam substantiam ferantur omnes articulos simul affi-
ci, addunt quidam per colorem ipsius & substantiam etiam materiam pec-
cantem indicari, memini me in probato quodam autore legisse urinam di-
ctæ conditionis in mulieribus gestationem uteri portendere, in alijs perso-
nis Arthritim, in utrisque ueritatem sæpiissime per experientiam inueni, nõ
tamen semper, In morbo Gallico simile quid monstrant urinæ, neque ad-
mirandum, cum lue illa infecti dolores ingentissimos in iuncturis patiatur,
ut etiam oculis meis uiderim defuncti cuiusdam postmodum dissecti senis
Italiae ex hac lue ossa, tumores maximos, porosos, non in una, sed pluri-
bus coarticulationibus contra quorundam opinionem contraxisse, utinam
non & apud nos lues illa sæpiissime pro arthritide uenderetur, deploranda
est hæc nostri temporis in illicitis licentia. Intemperiei & quatuor hu-
morum simplicium signa hæcenus recensuimus ex ipsisque euenientium ar-
thritidis differentiarum, nunc earum quæ ex ipsorum commixtione &
coniugatione oriuntur inditia aliqua tradentur, Sciant lectores quod quã-
do humores seu fluxiones complicantur, commiscentur etiam & signa &
Symptomata, unde quicumque simplicium fluxionum signa & notas exqui-
site tenuerit, compositarum ex ipsis facile internoscet, aderit tamen com-
muniter tensio & inflammatio uehementior quam in una sola, & iuuua-
mentum exiguum incertumque ab impositis, nam quæ una hora prode-
runt, altera nocebunt & à contrarijs melius se habebunt, hocque accidit
propter heterogeneitatem materierum & ipsarum diuersum motum, tu-
mor etiam cito apparens, humores subtiles & tenues commixtos esse, tar-
de uero crassos indicat, eiusque magnitudo copiam, paruitas paucitatem,
asperitas loci siccitatem, lenitas humiditatem, nisi accesserit causa aliqua
extrinseca hæc immutans. Permiscentur autem plerumque humores &
fluxiones in corporibus calidis Cholericis utentibus uictus ratione infri-
gidante & humectante, motuque à repletionem, In crapulosis etiam habenti-
bus Epar calidum, & uentriculum frigidum, Idem & potest dici de cor-
poribus Phlegmaticis utentibus regimine calido & sicco generante chole-
ram

13
ram & sic de ceteris combinationibus, æqualem uero uel inæqualem in
quantitate & qualitate permixtionem prudens medicus absque nostra o-
pe discernet, iuuabiturq; non parum ab antedictis, quare ad alia iam tran-
seundum.

Catarrho peculiare inditium adscribunt urinam liuidam in suprema
sua parte, & crassam, reliqua practici dabunt.

DOLORES ob serosarum humiditatum influxum mitiores a-
lijs sunt, neque tumorem in partibus de quo sit curandum excitant, parum
durant, nullamque molestiam in membris perpetiuntur ægri cum cessauerint
inflammationes, prout autem qualitas humoris à quo serositas illa cola-
tur, fuerit, dolores etiam speciei illi conformes erunt multo tamen miti-
ores. Iuncturarum dolorem ex uentositate uel flatu manifestant tensio
absque grauitate, & regimen præcedens ipsos progignens, permutatio-
que subita doloris.

DE PROGNOSTICIS, CAP. III.

HVC usque nomen, definitionem, differentias, causas & signa posui-
mus, nunc quid sentiendum & prognosticandum sit de hoc seuo
morbo explicabitur, exinde manifestabitur, quæ nam eius constitutiones
uel dispositiones curari arte medica possint, quæue non, ut illas in curam
per regulas & canones rationales suscipiamus, reliquos prognosticis da-
tis relinquamus. Eligat & adaptet prognostica à me nõ in genere ponenda q
libet pro suo arbitrio & uoluntate quibus uolet morbi differentijs aut
speciebus, ipsa .n. uulgo acceptum boniq; nominis caute pronunciantem
reddunt, Soluere nodosam nequit medicina arthritim. Morbus anti-
quus recentiore difficilius curatur. Articularis morbus membra resoluit
ueritatem huius aphorismi uidimus experientia. Arthritis consueta &
inueterata non curatur, quia difficillimum est corrigere malas consuetu-
dines naturæ. Vehemens dolor articularum quandoque est causa mor-
tis

tis subitæ. Arthritis cognitu difficilis & fere incurabilis efficitur pro-
 pter humorum ipsam efficientium permixtionem & egrorum inobedien-
 tiam. Arthritim iam consistentem corrigere operosissimum est, citra
 referendas in curatione methodos, uerum eam quæ nondum facta est præ-
 cauere facile est. Arthritis roborata uino, fructibus & coitu, diffi-
 culter sanatur, Arthritis frigida si consuescat redire in homine crapu-
 loso repentinam eius mortem indicat. Omne membrum in quo est
 iuncturarum dolor diuturnus macrescit & extenuatur. Dolor iunctu-
 rarum in iuuentute eueniens breuem fore uitam significat. Arthritis
 est passio hereditaria propter semen auorum & parentum uiciatum.
 Dolor iuncturarum quandoq; terminatur in Asthma, paralyin, apople-
 xiam, & turbationem sensuum, quandoq; & mortem subitam inducit.
 Quando cum dolore articulorum uehementi incipiunt apparere tremor
 cordis & anhelitus malus significant mortem subitanam, Quando uero
 turbatio mentis, alienatio & tremor cordis superuenerint, paralyin fu-
 turam significant & etiam mortem subitam multoties. Arthritidis
 cura per confortationem articulorum, & repulsionem materiarum ad
 intra causa, quandoque moris est propter regressum materierum ad
 membra principalia, unde hoc modo curati ex arthritide breuioris effi-
 ciuntur uitæ. Arthritis ex materia cholericâ in homine qui multum se
 replet mortem subitam inducit. Quibus febres longæ his tubercula
 uel dolores in articulis fiunt. Lassitudines habentibus in febribus circa
 articulos & circa maxillas potissime abscessus fiunt. Tumores articu-
 lorum atq; dolores absq; ulcere & podagricos quoq; atq; conuulsa horû,
 plurima frigida aqua large effusa leuat, extenuat, soluitque dolorem, nam
 modicus dolor torporem soluit, prognosticum hoc magis canon curatius
 est, splenetici & Melancholici raro arthritici fiunt. Qui articulari
 morbo laborant omnes magna ex parte prius podagrici fiunt, Scio ego
 tamen exemplum honestæ cuiusdam matronæ, cui in manibus initium
 fuit hæc passio. Varices si in arthritide appareant bonum est signum,
 quia

15

quia materia alio transfertur, Arthritis securos facit à multis alijs mor-
bis, propter materiei ad exteriora fluxum. Arthritis sepe termina-
tur in colicam & hæc in ipsam. Qui piger est in motu incurret do-
lorem iuncturarum. Dolores articulorum facile reuertuntur, propter
debilitatem in iuncturis remanentem. Articulares morbi plerumque
uere propter motum sanguinis & humorum in eo, & autumno propter
inequalitatem & dilatationem meatuum per æstatem, usumque nimium
fructuum mouentur, quandoque & æstate propter dissolutionem, &
hyeme propter frigus comprimens & coaceruationem pituitæ. Arthri-
tis non inducit spasmus, quia materia non est in uenis, Cum arthriticis
superuenit urina spissa, multa subiugalis soluitur ægritudo. Dolores
iuncturarum (excepta sciatica & podagra propter situm membrorum)
cum curantur, & materiæ ipsorum eradicantur tarde redeunt.

Arthritis pituitosa in lapidis duriciem transiit, & reddit membra &
iuncturas fungis similia. Dolores iuncturarum pro ratione materie
tardius uel citius terminantur, quia secundum hanc etiam uel inter mor-
bos acutos (non proprie) uel chronicos recensentur.

Dolores iuncturarum terminantur uel per insensibilem euaporationem
uel resolutionem subtilis, & ingrossationem duri remanentis, uel per sup-
purationem, quod raro fit, uel transmissionem de una iunctura ad aliam,
uel de uno membro ad aliud, & si permutatio hæc fiat ad membra prin-
cipalia, letalis, uel per manifestas excretiones, factas à natura uel arte:
exemplo est arthriticus ille, cui cum digestionem euacuationem & sani-
ationem expectaret, dum dolores essent uehementissimi aluus sponte e-
rupit, & bilem intestina excoriantem in magna quantitate deiecit, sicq;
à doloribus liberatus est, Dolores articulorum in latere sinistro peiores.
Arthriticorum urina sanguinea & tenuis nimios dolores uel labores
fore significat, urina uero rubra & nebulosa dolorem cessare indicat.

Articu

Articularis morbus à bile & pituita breuis quidem fit, & acutus, non autem letalis, contingit autem iunioribus magis quam senibus. Quibus circa articulos dolores fiunt & tumores & sedantur non podagrico modo, in his comperies uiscera magna & in urina subsidentiam albam, & talis si tempora eleuauerit, dicet se sepe dolere, dicet etiam sudoros nocturnos sibi oboriri. Si uero neque in urina talis subsidet subsidentia neque sudores fiunt, periculum est ne aut claudi fiant articuli aut affectio abscessus humore melli similis (quem melicerida uocant) sub ipsis nascatur, fit autem hic morbus his quibus in pueritia & iuuentute sanguis ex naribus fluere solitus desijt. Articulorum uitia si iuuenes tentarint, neque calum induxerint solui possunt, maximeque torminibus aut deiectione alui. In arthritide sanguinea fit loco nodorum quædam carnositas, Dolores arthriticorum sunt maiores ante tumores, quia materia stat in profundo cum .m. exit minus affligit.

DE CVRA IN GENERE, CAP. V.

TAM manifestum & clarum omnibus opinor quid sentiendum & prognosticandum sit de hoc morbo purgatorio simili, quiq; curam suscipere possit, uel ipsam respuat. Difficillimum mea sententia & scandalum medicorum crediderim ego esse hereditarium, qui nihil aliud est quam debilitas iuncturarum ex uiciato semine parentum (ut in causis dictum est) contracta cum affluentia humorum in corpore abundantium, sed ut ueritas iubet, maiorumque nostrorum est sententia & hic curari potest, debilitas .n. etsi innata sola tamen ut diximus supra morbum hunc efficere nequit, nisi fiat ad ipsas iuncturas ex natura debiles humorum in corpore redundantium affluxus. Si ergo quod arti nostræ conceditur humores in corpore redundantes educantur nuncquid & arthritidis esse potest? minime, nam purgatis uel euacuatis è corpore humoribus etiamsi debilitas sola remaneat (quæ etiam moderari potest) tamen dolores hosce sola excitare non potest, Vnde si datur expurgationem humoris noxij fieri posse, concedetur

cedetur & ob dictas rationes etiam morbum hunc hereditarium & diffi-¹⁷
cillimum curari posse. Diximus & supra quibus de causis difficulter
agnoscatur morbus hic, propter easdem & difficulter curatur, nam co-
gniti & bene noti est curatio, cum actiones quæ circa obiectum aliquod
fiunt, irritæ prorsus sint ipso non cognito. Promitto uobis ergo quod qui
hactenus dicta bene considerauerit nec sequentia neglexerit, non solum
morbum ab initio & principiantem curabit, sed etiam diu ab ipso con-
flictatos mirifice iuuabit, modo adsit simul ægrorum obedientia, ipsorum
n. inobedientia plerumque curationes iam nostri temporis interrumpit,
ut bene monet Diuinus noster præceptor cum dicit: Non solum se ipsum
præstare oportet oportuna & commoda facientem, sed & ægrum &
adstantes idem facere debere, ne error ullus in ijs quæ ad curam necessario
requiruntur contingat. Duplex igitur ut reuertamur ad necessaria cu-
rationis huius morbi scopus erit, humoris sc: redundantis euacuatio, seu
purgatio, & debiliū articulorum corroboratio, neq; alligatus erit lector
ordini à nobis ponendo, cum non semper eo in tempore quo omnia iuxta
dicendos canones fieri & peragi possint, uocemur. Quidam uolunt plurima
non solum huius sed etiam aliorum morborum curationum principia esse
constituenda, ut affectio per illam assiduam remediorum permutationem
facilius destruat, initioque omnia fieri iubent, antequam dolores uche-
mentiores fiant. Hæc dicentibus esset obediendum nisi obstaret Hipocrates
dicens, omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rati-
onem non est transcendendum ad aliud, suppetente quod ab initio probaueris,
ipsis tamen & cum ad localia deuentum fuerit morem geremus. Itali hoc
canone arthriticos curant chi ha la gotta non la tocca, apri il cubo &
stren gi la bocca, .i. laborans arthritide non tangat ipsam localibus, sed
purgetur utaturq; tenui dieta. Vt autem ordine omnia quæ ad curationem
requiruntur tradi possint, primum curationem uniuersalem communem
omnibus ipsius differentijs ponemus, et hac serie, primo per dietam seu ui-
tus rationem .i. sex res non naturales, secundo per medicamenta quæ ab
intus, deinde quæ ab extra administrantur, ultimo per chirurgiam .i. per
D manu

inualem operationem. Similis ordo etiam in curationibus particularibus
conspicietur. Intemperiei curam omitto, quia raro aut nuncq̄ uisitur.
Cum etiam facilis sit ipsius, nisi diuturna admodum sit, in omnibus per con-
traria ablatio, quandoq; & euacuato humore calido corpus relinquitur
frigidius & euacuato frigido calor insurgit, hæc tamen accidentalis est
cura. Vitent ergo arthritici aërem crassum humidum prope lacus, om-
nisq; excessiue qualitatis, fumum metallorum, precipue argenti uiui,
omnes cibos & potus difficilis digestionis, multæ quantitatis & humidos,
multarumque superfluitatum, & tempore paroxismi relinquunt carnes,
uel utantur carnibus paucarum superfluitatum, ut perdicum, auium mon-
tanarum, leporis, capræoli, sintque assæ magis quam elixæ, condiantur
cum speciebus facientibus ad bonam coctionem & exiccantibus, utantur
ptisana & cremore farris, & ex oleribus spinachia, fœniculo, petroseli-
no, Boragine, pane bene cocto, sintque omnes ipsorum cibi conuenienter
salsi, conueniunt & uinæ passæ, carica, amigdalæ, earumque lac, diætæq;
ipsorum tendat quoquo pacto ad crassitiem, ut humorum fluxus ad iun-
cturas inhibeat. Vinum omnibus morbo artuum laborantibus om-
nino dimittendum, præcipue tempore paroxismi, concedunt quidam uinum
saluiatum in pauca quantitate utpote iuncturis appropriatum. Fugiant
in super laborem & exercitium forte, item fricationem multam & dolo-
rosam iuncturarum, præcipue à cibo & ante euacuationem, nam cum
mouentur aut à re aliqua comprimuntur dolores exacerbantur, Somnum
diurnum maxime si præcesserit nocturnus sufficiens, similiter & nimias
uigilias, Vitent Balnea calida & humida, quoniam relaxant iuncturas,
calefaciunt, dissoluunt humores & dilatant uias, prosunt autem ipsis a-
quæ exiccantes, sulphuræ, marinæ circa finem præcipue in arthritide fri-
gida. Item fricationes cum oleo & sale, sepeliriq; in arena calida, Dimit-
tant iram, furorem, tristitiam longam & fortem, omneque animæ accidens
ad indigestionem faciens.

Euacuationes postmodum fiant per uenæ sectionem, hæc ut scitis in
pletoria tantum proprie conuenit, & omnium inflammationum princi-
pio

19

pio, maxime si sit diuulsoria, in inueteratis autem ex loco ipso affecto uel uicino. Non conueniunt medici de Phlebotomia. Quidam n. ex quacumque fuerit causa, uenæ sectionem in principio fieri iubent, rationem reddunt, quia materia plerumque in uenis continetur: Quidam ipsam prohibent ex autoritate Auicennæ, quoniã phlebotomia secundũ ipsum efficit materias fluxibiles & cursibiles ad iuncturas, locaq; dolorosa. Cũ ergo affectio plerumque sit ex cacochymia (nisi essent mixti uitiosi & redundantes humores cum sanguine in uenis) non ex pletoria, magis mihi purgatio probatur, quam uenæ sectio, propter multas rationes quas uolens omitto, quilibet suam ad salutem ægrorum consideret hoc in casu sententiam, ipsa n. si fiat extra necessitatem & exigentiam morbi multum nocet ut experti sciunt. Purgationes si materia nõ turget, aut quid aliud urget, omnino coctiones & præparationes humorum præcedere debent, in quibus ad tria præcipue respiciendum. Primo ad humorem preparandum euacuationis gratia, Secundo ad locum seu membrum situmque ipsius in quo humor continetur, Tertio ad uias per quas debet transire ad loca euacuationum ut possit educi. Cum autem materia in hoc morbo sit remota à locis euacuationũ, & ibi plurimum inuiscata, quæ non potest absque forti medicamento reiterato educi, cum debeat per uias angustas transire, uie aperiente, & materiæ adequandæ, mea tamen eadem hic quæ & infra in purgationibus dicitur, est sententia, quilibet ductus rationibus eligat ægris utilia. In digestionibus etiam ut uocant humorum, summopere animaduertendum ne nimis fluxibiles reddantur, & ex una specie quod contigisse scio, genus morbi efficiatur.

Purgationes postea, maxime reiteratas multum prodesse scimus, nam eo pacto articulos à excrementitijs fluxionibus tutos seruare poteris, materiã superantem nõ uniuersam simul sed per uices, subtrahendo, debent autem medicameta purgãtia apropiata esse humori peccati (quamuis raro uel nuncq; unus solus reus sit) nõ minus calida et stipticitatẽ quandã siue à natura siue ab arte adiunctã habere, ut facta euacuatione cõfortent et stringãt meatus, ne rursus ad iuncturas currant humores, cũque bono & considerato ar-

D 2

bitrio

bitrio uirtuti & humori apropiari, in principio leniora & minoratiua iuxta canonem, a tenuioribus inchoandum, in processu uero fortiora & eradicatiua, precedente tamen digestionem humorum, apertione uiarum &c. ut paulo ante dictum est, maneque ieiuno stomacho exhiberi, calida actu non tepida (ut consueuere ex medicis, quidam etiam alias potiones tepidas exhibere) talia siquidem uentriculus respuit, non in die critica, perque horas quinque a cibo abstineant, in loco obscuro contineantur, quia multum purgationes promouet, admixtaq; habeant uentriculum & precipuos ipsius roborantia, nam hoc debilitato omnes nerui, ut quorundam anatomes peritorum rationabilis est opinio, in consensum trahuntur, hocq; preceptum uniuersale sit ad omnes morbos. Volunt quidam, additis rationibus non reijciendis, medicamentum purgans in arthritide debere esse robustum, ut a longinquo trahat, materiae .n. ipsius non amplius in corpore, sed in iuncturis habentur, credo ego, difficulter & non sine noxa imbibitas iam iuncturis posse retrahi (licet purgantia quaedam medicamenta etiam in sequentibus ad hanc intentionem posita reperies) sed potius per localia resoluendas & euacuandas, commodum esset ut medicamenta purgantia materias redundantes in corpore, antequam ad iuncturas fluerent, educerent & eradicarent. Per uomitum etiam quandoq; fit euacuatio in omni materia extra sanguinem, primo ratione diuersionis, si sc: materia sit in inferioribus (sicut per purgantia si sit in superioribus) nam tunc conducit & magis iuuat dolores partium infernarum maxime in principio: Deinde etiam ratione eradicationis cum sc: dolor occuparit partes superiores ut de ipso dicitur: uomitus diuertit ab inferioribus & eradicat ab superioribus. Quid de purgatione sentire debeas, facile colliges cum contrariorum sit eadem doctrina. Inchoandum tamen in uomitu a lenioribus, praecipue materia existente indigesta, deinde ad fortiora transeundum, gradatio .n. securior & natura magis accepta. Possumus & quandoq; a fortioribus initium facere, ubi sc: materiae sint preparatae & aptae ut educantur, non crassae, crudae & ineptae, in qua autem specie magis uel minus conueniat in particularium dolorum cura conspicietur. Clysteres
insu-

21

insuper multis utiles fuere, quare ipsos non negligas, sed tempore & morbo expetente, modo debiliores modo fortiores infundito. Diuertūt .n. multum a superioribus & eradicant ea, quæ coaceruata sunt in intestinis & locis uicinis. Diuretica quoque inter euacuantia referenda, quamuis potius ad reliquias quam ut principaliter quid euacuare debeant, exhibeantur & post usum reliquorum, nam ante euacuationes uniuersales minime propinanda sunt, adurunt .n. tunc sanguinem, dissoluunt materiam, faciuntq; ut ad locum doloris fluat, a purgationibus uero desiccant materias dolorum & ipsas per uias urinae pellunt, & tam in materia calida quam frigida conueniunt: in calida quia talis facile per uias angustas educitur: In frigida quia dissecant, liquefaciunt materiam aptantque ipsam ut cum urina expelli possit. Temperabuntur ergo pro qualitate humoris abundantis, secundumq; corporis habitudinem & naturam. Quidam .n. exhibentes calidis & siccis corporibus diuretica fortia, ipsorum sanguinem combusserunt, & nocuenti maximi auctores fuerunt. Qui uero ex materia frigida laborarunt, per hæc, cum ab alijs medicamentis parum utilitatis perciperent sanitati restituti sunt, horum materia usus quibusque conueniant, & qualia in progressu sub curis particularibus explicabitur.

Dantur & intra corpus Antidoti, aliaque medicamenta eo consilio eaq; intentione, ut uel temperent materias, uel eas paulatim absumant, prohibeantque ne amplius regeneretur, confortando membra principalia mittentia materias & debilia eas recipientia. Mittentia etiam si antea sunt robusta tamen non debilitanda, ideo quia materias uel superfluum ad iuncturas mittant, sed insuper adhuc confortanda, quoniam plerumq; sunt principalia & excrementa per poros & uias consuetas & a natura ipsis ad superfluum expurgationem datas, propellunt, unde & quædam diætorum medicamentorum uias mundificant & aperiunt, ut qualibet pars molestas sibi materias per ipsas possit expellere, Quædam a proprietate doloribus iuncturarum conueniunt, eosq; mora temporis extirpant, & ob eam causam nonnulla ad integrum annum bibuntur ut egros a morbo liberent, & talibus consuletur pituitosioribus & superfluitatibus abun-

dantibus corporibus, calidioribus uero & siccioribus corporibus quãdoq; repentinæ mortis causa fuerunt, materia ad intestina, Renes, pulmonem aut aliam quandam principalem partem translata, quare in biliosis & sanguineis ab his abstinendum ut infra patebit.

Localia uero .i. quæ ab extra applicantur ante euacuationem totius corporis minime esse adhibenda, in quocumque etiam morbi tempore, cuiuscumque etiam sint conditionis, omnes me tacente norunt, quare nec rationibus hoc confirmantibus egemus. Diuersificantur autem topica ratione cause, temporis, doloris, i. uehementiæ ipsius ut infra uidebitis, quia quod in partem delatum est, non semper simile conspicitur, copia, qualitate, aut substantia, nam alijs copiosum, alijs exiguum, quibusdam crassum, alijs tenue, & his in summa cute, illis circa membranas interiores continentur, propterea omnis curationis modus, morbo indicato accommodandus. Iubet quandoq; materia, sibi à natura appropriata & qualitate manifesta contraria adhibere, communi tamen sententia omnium, & ego ea quæ à proprietate occulta dolores sedare creduntur, alijs præferenda, ab ipsiisque inchoandum censeo, talia .n. à forma specifica agunt, quæ teste philosopho omnium præstantissima, ab excellentissimo quoque loco & præstantissimo oritur, reliquis quæ ad alicuius rei generationem conducunt, tanquam instrumentis uteris, & subiecto ponuntur hæc sigillatim et proprio titulo insigniuntur, quia si ex mixtione elementorum quod promittunt efficerent, uni uel duabus in mixtura præualentibus qualitatibus actionem eorum possemus adscribere, & tunc à qualitate manifesta esset eorum operatio, quare proprietas quid diuersum physice tamen coniunctum ab actione ex temperamento erit, Huc etiam referuntur physice ligaturæ seu suspensiones (eiusdem quasi cum dictis naturæ) naturaliter enim operantur & quam retinent uim actionemque uel à uirtute uniuersali habent uel ab ipso coelo, nec operationes illas perspiciendi alicui dabitur facultas, nisi conuenientibus membris & locis alligentur ut in particularibus curationibus uidebitis, aiuntq; ad hæc multum prodesse & animæ cogitationem certamque effectus fidem, uult .n. Plato quod si humana mens

23
mens aliquam rem non iuuantem sibi profuturam pro certo habeat ex so-
la mentis intentione, sibi eam posse prodesse quod exemplis, scđ præter in-
stitutum explicari posset. Merito autem medici hæc remedia non negli-
gunt, cum nostræ arti magia naturalis (non dico de γοῦν[ε]α) congrua
& simillima sit, ex eaq; ortum traxerit. Materia dictorum à proprietate
agentium sunt: Bolus armenus, terra sigillata, ossa humana combusta, pes
testudinis, Rana uiridis, mustela, uestica apri, magnes, pæonia, caulis, radix
matricariæ & c. nam & efficaciora his quæ à complexione seu qualita-
te manifesta esse conspiciuntur. Per mutanda quoque sæpius sunt localia,
ne natura ipsis asuescat, nihilque ab ipsis patiat, neque ullum actu fri-
gidum est aplicandum, frigida .n. qualis nix, ossibus dentibus & c. inimica,
nisi doloris uehementia & inflammationis magnitudo, nos cogat, maxime
in principio iuxta aphorismum Tumores articularum, atq; dolores absq;
ulcere, podagras & conuulsiones horum, plurima frigida aqua large effu-
sa iuuat & extenuat soluitq; dolorem ratione torporis sc: quem inducit,
nam sic & per accidens in causa frigida ueritatem habet aphorismus, in
robustis tamen carnosiss & æstatis tempore. Ad narcotica etiam non con-
fugiendum nisi summa urgente necessitate, postque ipsorum usum, partes
rursus calefacientibus resouendæ ut ad suum si possibile sit temperamen-
tum reuertantur. Volunt quidam & rationibus ducti, quoniam plerum-
que facta euacuatione, in principijs, repellentibus utuntur medici (in ma-
teria tamen multa etiam tunc uitanda, reddunt .n. eam inobedientem do-
loresque fortiores, periculumque est ne conuertatur ad membra principa-
lia, quod si fiat unica salutis spes est ut sc: in arthros retrahatur) & post
ipsorum usum prohibentibus (ut uocant) utantur, repellitur enim id
quod iam inculcatum & in loco manet, prohibetur autem id quod
adhuc in fluxu est, ne ad iuncturas perueniat, unde horum applica-
tio excogitata est in loco determinato paulo scilicet superiore ipsa
iunctura, debent autem dicta medicamenta sua natura pure stip-
tica esse, respectu habito ad materiei peccantis uel abundantis
quali-

qualitatem & quantitatem siue simplex sit siue composita aut mixta ut ipsi conuenientia eligas.

Tribuunt etiam periti artis, localibus resolutionem, & enacuationem per speciem uaporis ex iuncturis eius, quod in ipsis iam imbibitum & inuiscatum haeret, ex quo confirmatur mea paulo ante dicta sententia: difficulter sc: per medicamenta purgantia in corpus assumpta, quod iuncturis infixum est, posse extrahi, sed potius per dicta iam localia euocandum. Ponentur autem per totum tractatum quamplurima & uaria medicamenta tam intra corpus assumenda q̄ exterius applicanda, ex quibus quilibet desiderata eligere poterit. Qui .n. in operibus artis non sunt admodum exercitati hisce abundare nequeunt, ut citra ulteriorem laborem & ipsi habeant optimorum autorum probatissima, et experta remedia in promptu.

Vbi autem Diæta, phlebotomia, purgatio, uomitus, clysteres, diuretica, antidoti, & localia nihil iuuarunt, ad manualementem operationem transeundum, cauteria sc: hæc .n. extremum sunt remedium, cumq; duplicia sint actualia & potentialia, actualia his præferenda semper erunt, ut sunt quæ ex auro, argento, ferro aut radicibus quibusdam solitis, uel stercore caprino preparantur, & cum ipsis crustæ locis conuenientibus inurenda ignitis prius, nam horum usus quam potentialium .i. causti eorum medicamentorum prestantior est, & operationem citius & siccius perficiunt, inurenda autem in loco paulo fluxione infestato altiore cum sc: materia adhuc influit uel eius influxus timetur, uel inferiore ipso loco affecto cū sc: materia in iunctura fixa est, neq; amplius qd influita. Sūt & laudanda ideo actualia, quia sua combustione, locū determinatum nō transcendunt. Quibusdam & articuli ipsi peruuntur cum sc: subrubicundi ualde conspiciuntur, priusquam topi in ipsis concreuant, licet ulcera ipsis hoc in casu illata difficulter sanescant. Si uero cicatricem traxerint robur maximum articulis accedit, ut in posterum non amplius fluxiones suscipiant. Est & alius modus cauterisandi absq; adustione cutis & carnis, collocetur patiens secundum aptitudinem quæ requiritur, & quies præcipiatur, deinde circumdetur locus doloris cum pasta seu consperstone aut pane azymo

35
mo eiusque medium sale impleatur & pauco oleo, desuperque ponatur
pannus, sintque in promptu cauteria diuersa ignita, & primum admini-
stratur taliter ut percipiatur caliditas ipsius, postea aliud ut sentiatur,
ultimum diutius teneatur in loco donec aeger ipsum amplius tollerare non
possit, perforeturque massa uel pasta, inclinato loco, ut sal & oleum pos-
sit egredi, colligetur deinde locus tunc, in promptuque sint ad caput aegri
aqua sc: rosacea uel simplex, quibus abluatur facies ubi prae angustia suda-
rit, caueatque chirurgus ne caro aduratur & exulceretur, nam in cuius-
cunque cauterij inustione hoc summopere obseruandum ne sc: nimium pro-
fundentur, & sic uena arteria uel neruus comburatur, unde contractio
comuulsioque sequeretur uel aliquod aliud nocumentum ingens. Cauteri-
zandi modus meorum praeceptorum in Italia mihi multum placuit, eo itidem
utuntur in hospitali sanctae Mariae, Nouae Florentiae, qui talis est.
Corium solidum rotundum Marcelli seu Iulij aut nostrae monetae, quartae
partis taleri magnitudinis in medio foramen rotundum nummi, uel
quadrini latitudinem habens loco aptatur, in quo inustio fieri debet, parsque
ad circumferentiam, duorum digitorum, uel trium latitudine, unguento a-
liquo defensiuo ex rebus sc: frigidis & stipticis ut materierum affluxum
retropellat, circum ungitur, deinde per foramen corij cauterium ignitum
imprimatur, ut cutis tantum spissitudinem pertransseat. Hoc modo caute-
ria quatuor inurebantur ad utrumque musculum Deltoidem utriusque Bra-
chij, & sub utroque genu in parte syluestri Pisis Hippocomo illustrissimi
ducis Florentiae Arthritico, cuius nec manus nec pedes suo aptae erant mu-
nio obeundo, post paucos tandem dies, ad solita redijt exercitia. Quidam
stupefaciunt locum ne percipiatur dolor, quod in delicatis & pusillanimis
fieri absque meo tamen consilio potest. Debent autem inustiones aperte
teneri, ut materia inde possit expurgari cuius causa & fiunt, imponendo
cicerem uel globulum aut pilulam ceream, superponendo folium hederæ
uel cepam tutam cum melle & Butyro. Administrari debent non infra
decimum quintum annum ætatis, uere & autumno maxime, aliisque tem-
poribus temperatis in corpore robusto, bene praeuacuato, mane, facta
E prius

prius expurgatione recrementorum, in loco conuenienti sicut in particularium membrorum doloribus explicabitur, Vtilitas ipsorum est praeseruare ab incursum accidentium subsequendum dolores articulorum, ut dislocatione, nodatione, confortant praeterea suo calore membra, & calor in ipsis iam confortatus materiam iam fluxam subtiliat, ut ad sensum patet, poros aperit et prompte resoluit, maxime causa existente frigida, in calida uero & multa nocent, extrahunt etiam materiam de profundo, uiamque praebent per quam postea expurgetur, tuentur praeterea loca circum uicina a multis accidentibus malis, diuertuntque fluxum materierum. haec de actuali cauterio. Potentialibus per experientiam & probabiles rationes non tantum tribuo, usus tamen eorum frequens est in excordibus & pauidis, unde & materias ipsorum tradam, quo Medicus ex omni parte sit paratus, possunt igitur tutissime per corium & circumpositionem defensui (ut in actuali dictum est) fieri, maioriq; hac indigent diligentia cum diu urant & operationem tarde perficiant, ob dolorem etiam & calorem undequaque materias ad se trahant, neque latius quam sit intentio medici proserpant. Fiant itaque spherulae seu massae ex sequentibus inq; excauatam corij partem ponantur, ut cantharidibus, allio, flammula, pede coruino, lacte ficuum, calce, cum sapone & lacte ficuum, Item cantharidibus cum fermento & pauco aceto commixtis, uel ex hoc quod est fortius. \mathcal{R} Nasturtij pyrethri corticum radicum capparorum añ, in puluerem redacta misceantur cum lixiuio cineris ficus, fermenturq; spherulae et ligentur supralocum, ibique persistant donec comburant uel locus nigrescat aut ampulla seu uestica eleuentur, quibus apertis locus aqua calida abluatur. Aliud fortius & expertum, \mathcal{R} calcis uiuae & cantharidum añ. trita in puluerem cum sapone Gallico in formam unguenti redigantur, & superponatur loco prius per fricationem cum aceto acerrimo calefacto. Sunt & alia plura quae in debita quantitate, & tempore adhibita, idem praestant de quibus in localibus particularium membrorum medicamentis. Debent tamen similiter ut in actualibus dictum est, & potentiales corrosiones seu cauteria aperta seruari, Haec in genere de cura arthritidos

27
thritidos dicta sufficiant, in quibus autem speciebus uel dolorum differen-
tibus, hoc uel illud positorum remediorum ex usu sit in sequentibus patebit,
magis enim clara fiet hæc nostra doctrina, ubi ex Philosophi sententia post
uniuersalium cognitionem, in particularibus lectorem exercuerimus, Or-
dine autem eo quo causæ & signa enumerata sunt & curæ tradentur.

DE CVRA ARTHRITIDIS

SANGVINEAE CAP. VI.

MORBO itaque ex sanguine genito conuenit sequens uictus ratio.
Si adsit febris, propina ptisanam cum sacharo, item aquam grana-
torum, regaturque regimine acutorum, si autem sit sine febre da inspissan-
tia frigida acetosa, & stiptica, ut aquam puram cum oxymelle & sa-
charo, uel cum rob de succis fructuum acetosorum, acetositatis citri, agre-
sta, rob de berberis, ribes, & granatorum, sintque cibi ipsorum parum
nutrientes, ut olera, abstineat à cibarijs ualentioribus, & sanguineum hu-
morem adaugentibus, à carnibus sc: cunctis maxime suilla & in summa
ab omni alimento copioso, conceduntur tamen auiculæ montanæ. Vitent
fructus aquositate sua sanguinem replentes, pisces conferunt saxatiles.
Vino prorsus si possibile est abstineant & maxime à dulci, multi enim ex
solius uini abstinentia morbum in posterum cuitarunt, nam quia non ab-
stinent fit ut pauci ab hoc morbo liberentur, bibant eius loco aquam
cum cinamomo & aniso coctam, & consueti tepidam. Quidam exhi-
bent potum qui Hippocras dicitur, sed uidetur huic speciei doloris non
admodum conueniens, caueant præterea uenerem, aluum lubricam tene-
ant, quæ si non respondeat, clysteri aliquo simplici eluatur, non nimium
bilares sint. Motus mediocris his obest, & ut summarie omnia dicantur,
sciatis quod si quis uere statim incunte ut infra dicitur uenam secuerit, &
à cibis copiosum sanguinem generantibus abstinerit, corpusq; continuo
exercuerit & ad omnem motum impiger fuerit, nonne hic à recrementis
& superfluis liber erit & per consequens à fluxionibus, quum nihil super-
sit quod articulis influat, qui autem dicta uictus ratione per totum annum
uti non poterunt, saltem uere & autumno ipsam obseruent.

E 2

Phlebo

Phlebotomia in nulla alia specie mihi per probabiles rationes magis ex usu esse uidetur quam in hac, si .n. quod abundat debet euacuari, in hacque differentia id sit sanguis, qui nullo alio ingenio educi potest, certe ad phlebotomiam confugiendum, & quo citius hæc fieri potest, nempe in initio motus sanguinis, eo melius, debetque per plures uices repeti præcipue in sanguineis. Nec audiantur qui ipsam prohibent quia humores ex dicto Auic: ut supra audiuitis ad iuncturas fluxibiles efficiat, qui enim per apertam uenam extrahitur, eo non fluet & cum in minori quanto minor etiam sit inde robur molestiæ. In repletionem igitur magna incipiatur a uenis magnis seu latis, aperiatur autem uena è directo .i. κατ' ἴσιν nam manifeste iuuat talis uenæ sectio illos qui primum hoc malo corripuntur, alijs qui hoc malum sæpe incurrere consueuerunt, præsertim si corpore sint imbecillo, multum nocet, animaduertant tamen, ne tractus materiarum cum è directo secatur uena, fiat per membra nobilia, & principalia, neque in membro è directo sibi correspondente, alias etiam debili, uel doloroso, si tamen omnes iuncturæ essent debiles, sicut plerumque sunt & dolentes, fiat in uiliore, quod si omnes pares sint in utilitate, omittatur prorsus, potest autem si necessitas & doloris uehementia urgeat, quacumque hora diei etiam a prandio ubi cibus è uentre descenderit administrari, qui si tardet, uomitu reijciatur, nam aluus in omni uenæ sectione prius aut arte aut natura inaniri debet. Quantitas sanguinis ea detrahenda est, quæ conuenire uidebitur ipsius abundantia, magnitudini doloris, inflammationis, pulsationis, ruboris, & robori uirtutis. In abundantia ergo sanguinis phlebotomia tantum recte administratur in alijs minime, Dolori etiam articulorum si coniunctus esset alius morbus ut inflammatio epatis &c. fiat tunc uenæ sectio, secundum exigentiam morbi periculosis, nam illud curandum quod magis urget. Post sanguinis extractionem, si opus sit exhibeatur aqua solatri uel Endiuic &c. cum cassia clysteresque iniiciantur nõ tamen fortes uel acres, semina autem calida diuretica ipsis non exhibeantur, sanguinem .n. adurunt, sufficit ipsis aqua hordei cum emulsione quatuor semi:frigidorum, postea utendum discussorijs, scarificationibus, et frictione

cationibus omnibusque quae superfluum euacuare possunt, uitatis repercu-
 tientibus. Si qui uero phlebotomias tolerare nolint illos non suscipere me-
 lius & fortunatius est, si tamen coactus eos suscipias, praedic dolorum
 diuturnitatem, uigilias, articulorum torturas et claudicationes, praesertim
 si crassus & multus sit sanguinis influxus, imperanda praeterea ipsis est
 abstinentia, utendumque clysteribus acrioribus & Epomphalijs, contun-
 dulisq; ex succo cyclaminis, elaterio & c. Quibusdam phlebotomiae uicem
 supplet haemorrhoidum apertio, uel mensum prouocatio.

Ad localia nunc transeundum in quarum applicatione sumopere ca-
 uendum ne ante corporis euacuationem quis ipsis utatur, ne materia re-
 pulsa ad membra principalia maioris & periculiosioris morbi causa effi-
 ciatur. In principio ergo fiant Epithemata ex aqua plantaginis, rosarum,
 oleo myrtino, addantur si calor fit uehementior, aqua uirgae pastoris,
 semperuiuae, camphora, acetum, solatrum, portulaca, iusquiamus, Item re
 Gallam, hordeum, & lactucam, coquantur in aceto, donec dissoluantur &
 ex decocto embrocetur locus. Item, ligetur sem. psyllij in petia, bulliatque
 in aceto, exprimatur & in expressione madefiant panni linei saepiusque
 reiterati applicentur, dolorem enim hoc soluit, & psyllium prohibet sua
 uiscositate mordicationem aceti hocque iuuat penetrationem ipsius, fiat
 item Emplastrum ex folijs uitis recentibus, cum farina hordei, & sumach,
 siq; dolor esset fortis, addatur solatrum, uirga pastoris, & mucago psyl-
 lij. Si in alto dolor haereat inungatur locus aceto ueteri & oleo rosaceo,
 hoc .n. dolorem mitigat, illud huic uiam praebet, quod si in superficie con-
 sistat sufficit oeneleon hyeme calidum, aestate tepidum. Tribuunt & maxi-
 mam efficaciam in principio pastillo ex acatijis & ueratris cuius talis est
 mixtura. re acatiae nigrae, acatiae flauae, glutinis fabrilis pellucidi aut quod
 magis expedit glutinis piscium añ 3 iiij Ammomici Thymiamatis Glau-
 cij, aloes añ 3 ij. Thuris masculi, ueratris albi & nigri añ 3. i. aceto
 scillitico trita cogito in pastillos, usus tempore, eosdem in aceto eodem li-
 quefactos illinito, & exiccari permittito postmodum aqua aliqua refri-
 gerante abluito. Valent & Emplastra ex corticibus mali punici, Rhu



semper uino & farina ex uino cocta sola uel simul mixta, quidam tamen non multum approbant, cataplasmata ex oleis & farinis confecta, precipue si diutius coquantur quia nimium siccant. In augmento conuenit Emplastrum ex Hermodactylo, oleo rosaceo & farina hordei. Item ℞. olei rosacei, aceti, añ. ℥. s. uini rubri. ℥. i. s. croci ℥. s. farine hordei. ℥. i. farine seminis lini. ℥. i. misce fiat Emplastrum. sequenti maximam uim tribuunt. ℞. lactis caprini ℥. s. uitellos ouorum nu. ij. olei rosacei ℥. i. croci ℥. s. medullæ panis q. s. fiat cataplasma. Ex usu sunt & cataplasmata anodina absque attractione ex farina fœnugræci, hordei, fabarum. lupinorum, cicerum, canomilla cum oleo rosaceo, farinas tamen calidiores hisce in casibus prohibemus, nisi permixturam aliorum medicamentorum temperentur, si dolor augeatur, ℞. sapæ ℥. iij. Rosacei ℥. i. cere parum fiatque cimentum crassiusculum, si tamen inflammatio esset in alto, nitri parum & olei dulcis loco rosacei admiscendum. Si non cessat dolor fiat sequens cataplasma, Brassicæ folijs coctis, & leuigatis fecem aceti, ouorum crudorum lutea duo & rosacei paululum adijcito, ac mixta omnia leuigataque imponito, semper permutando medicamentum, spongiaque uino mediocriter adstringente uel posca madefacta superimponatur, Aliud quod etiam alijs temporibus, prout temperatur, potest apponi cum passo, uino, aceto, uel farinis ℞. Galbani, Thuris, añ. ℥. ij. croci ℥. i. Ammoniæ Thymiamatis ℥. iij. cere ℥. vi. ℥. s. olei rosacei. ℥. iij. picis aridæ ℥. iij. s. aceti acerrimi ℥. v. ceram, picem & rosaceum liquata colato, reliqua cum aceto terito & colaturæ addito, in mortarioque cum pauca aqua mixta, extrahito, & utere, aliqui necessitate urgente opij parum admiscunt. In statu requiruntur localia lenis resolutionis permixta cum parum in frigidantibus ut linimentum uel emplastrum ex muccagine psyllij, uel altheæ, sem: lini fœnugreci chamomillæ cum adipe Gallinæ, anatis, Item ℞ sandlaum rubeum, crocum dissoluantur cum succo coriandri, uel ℞ Bolum armenum, crocum, myrrham, dissoluantur cum aqua coriandri. Ceratum optimum ℞ croci, lachrymæ papaueris añ ℥. i. panis, cere añ ℥. iij. olei ℥. iij. s. crocum & lachrymam uino

38

uino macerato, panem uero aqua, & ubi expresseris diligenter misceto
 lachrymæ & croco prius leuigatis, deinde ceram cum oleo liquatam re=
 liquis admisceto. Aliud \mathfrak{R} . ceræ \mathfrak{z} ij. spumæ argenti, cerussæ añ \mathfrak{z} . i.
 Rosacei, succi solani añ \mathfrak{H} . 5. succo quousque soluta fuerint excipito,
 Utuntur etiam quidam in statu, oleo torpedinis cuius preparationem uo=
 lens prætereo, quia difficulter & maxime in nostris regionibus haberi po=
 test. In declinatione uti poteris, fursure bismalicia floribus chamomillæ
 cum aqua fursuris, aut foenugræco & anetho cum succo caulium, Item
 Emplastro ex farina foenugræci sem: lini, aneto, maluauiusco, pinguedine, an=
 seris & Gallinæ. Item \mathfrak{R} . aloës croci myrrhæ añ partes æquales, distem=
 perentur cum aqua Brassicæ aut Eudiuæ. Prodest & diachylon disso=
 lutum cum oleo chamomelino. Nocent autem ne et hoc omittatur, arthri=
 tidi sanguineæ omnia Ephemata ualde calida, sicut & narcotica, illa
 propter attractionem, hæc propter congelationem & cruditatem, quia
 quod crudum est crassum faciunt, mortificaetque subtile, & ægritudinem
 protrahunt, neque aqua calida his confert, quia mollificat iuncturas.
 Debent præterea medicamenta localia quæ imponuntur sæpius renouari,
 & calida teneri semper contegendo ipsa, spongia liquore aliquo conueni=
 ente inbuta. Hucusde localibus arthritidos sanguineæ cæterisque eius reme=
 dijs, quibus cum si nihil omnino efficiant, medici morbusque ipsorum re=
 cte curationi non cesserit, applicandæ sunt hirudines, extrahaturque per
 er ipsas ex loco affecto sanguinis decens quantitas, similiter & per cucur=
 bitas & scarificationem, Quandoque & uenæ ubi conspicuæ & sangui=
 ne plenæ fuerint, per quas fluxio ad partem affectam decurrit proxsus
 excinduntur, aut per medium dissecantur, modo in superficie sint & ele=
 atæ, sicut in uaricibus facere solemus. Cauterijs non est locus in hac morbi
 differentia, si quis tamen ipsis uti uoluerit ad canones uniuersales supra
 datos recurrat.

DE ARTHRITIDIS BILI

OSAE CVRA, CAP: VIII

Victus ratio his præscribetur in totū si possibile est, ad frigidum et humidū
 inclinans

inclinans, seruato tamen in ipsa modo ne sanguis extranea humiditate repleatur, unde fluxio incresceret, plerumque enim non omnino contrarios cibos in hac humoris specie exhibent sed adstrictionem quandam & siccitatem habentes, ut fluxionis impetus inhibeatur, Aer ipsorum debet esse temperatus declinans quodammodo ad frigidum, ne tamen loca dolentia contingat. Cibus ipsorum sit ptisana, alica, pulli gallinarum, pisces petrosi non pingues, concedantur & in pauca quantitate, turdi, merulae, phasiani, perdices, sitque eorum uictus ut dictum est, quoquomodo inspissans sanguinem. Quibus etiam uirtus concoctrix est fortis, sanguis subtilis, meatus lati & ampli fluxio acris, aetas florida, his quandoque conceduntur uentres animalium cum aceto, item pedes bubuli, agnorum, hœdorum, porcorum iuuenum, carnes item hœdinae & uituli lactantis, Item lentes cum aceto, acetosa, agresta, fabae uirides & siccae leniter seruescunt, Phasioli, castaneae, prohibentur tamen nuges, pineae, amigdalae, earumque placentae, & confectiones omnes ex melle, Conceduntur & malua, intibus, lactuca, spinachia, Blitum, atriplex. Inter fructus adstringentes eligendi non qui sanguinem nimia & excrementicia aquositate replent, ut chrysomyla & persica, sed utantur, pomis adstringentibus, persicis siccis, mespilis, sorbis, piris, prunis siccis, malopunico, Vitent omnes cibos nimium acres & dulces, bilem generantes, crapulamque & ebrietatem. Potus ipsorum sit aqua hordei, uel decoctum diureticorum, ut capillorum ueneris & sem: quatuor frigidorum communium, lupulorum, Alkekengi Dant quidam asuetis tempore aestatis in prandio aquam frigidam, hyeme uero tepidam, uerum aquam biliosis biliosam esse didicistis, uino in totum abstineant & maxime tempore paroxysmi, bibant tunc decoctum prunorum & sacharum rosaceum aqua dissolutum conuenienti, uel aqua hordei, comedant cremorem ptisanae, uel cremorem auenae, aut speltae, si tamen esset nimium debilis, addantur oua sorbilia, carnes hœdinae, pullorum, alteratae cum lactucis, portulaca, Boragine, spinachijs, conditae cum agresta uino granatorum, Rob: pomorum, aqua rosacea & pauco cinamomo, Non multum iciuent aut famem patiantur, quia ab-
stinentia

33
stinentia humorem acriorem reddit, cibentur tamen secundum necessita-
tem, Non moueantur nisi temperate à cibo et in declinatione: lassitudo enim
summe nocet, Vigiliæ interdicantur, somnus mediocris laudatur, reuo-
cans enim sensus ad principium, dolores mitigat, Aluum lubricam teneant
uenerem fugiant, aqua lauentur dulci & potabili uesperis ut mitigetur
acrimonia humoris, iuncturæ tamen ipsorum prius frigida perfundendæ,
non irascantur, si uero quod sepe accidit febricitent, regantur uictu febrici-
tantium.

Diximus ante, humorem qui extra sanguinem peccat, quicumque
ille sit, purgante medicamento a proprio debere educi. Cum autem huic
de quo agitur plures dederit natura uias, per quas commode possit expur-
gari, tamen per aluum (ut alij omnes) commodius educitur, quandoque &
uomitum, licet gula non ad excrementorum emissionem, sed ad assumen-
dorum deglutitionem, à natura nobis sit data, abutitur tamen quandoque
eius officio & munere. Sicut autem localia euacuatio præcedere debet,
sic euacuationes humorum præparatio seu (ut uocant) digestio. Obijciunt
multi humorem biliosum, cum sit tenuis, subtilis, hac præparatione non in-
digere, quibus respondere non huius est loci. Vtilia enim legentibus tra-
dere institui, non artem quæ alias longa est disputationibus similibus ob-
nubilare, neque idiotis hæc scribo, sed sani iudicij artisque nostræ conso-
dalibus, non enim inspissatio ut alij uolunt ad præparationem tantum re-
quiritur, sed & alia de quibus Theoricos consulant & nos pauca de ipsis
supra attigimus. Ponam ego plurima deinceps hunc humorem adæquã-
tia, & per diuersas uias educentia, ut & particularibus doloribus, dico
podagræ chiragræ conuenientia hinc sumas, ne calamus idem millies du-
cat, hocque non solum in hac humoris differentia, sed in alijs etiam ar-
thritidos differentiarum uniuersalibus curis fiet, ut in promptu sub ipsis
habeantur quæ in particularibus deficiunt. Datur ergo talis syrupus
præparatorius, seu digestiuus, continuandus prout necessitas requirit ma-
ne, calidus, in conueniente quantitate. (hæc & in alijs obseruentur). R.
Syrupi rosati, granatorum, añ. 3. vi. aquæ plantaginis, Rosarum, añ

F

31.



℞ i. misce fiat haustus. Alius ℞. Herbarum cichorij Endiuie lactuce añ.
 M. i. florum rosarum rubearum uiolarum nenupharis añ. P. i. sem: co-
 riandri, quatuor frigido: communium excorticatorum añ ℞. i. Incisa
 & contusa bulliant in s. q. aquæ communis donec cadat med: coletur co-
 latura ℞. i. & adde syrupi rosarum ℞. i. s. de succo uiolarum ℞. ij.
 Misce fiat potus, exhibeatur tribus uicibus, debet tamen semper aliquid ex
 calidis commisceri quod ipsos penetrare faciat, nec tamen sua caliditate
 obsit. Alius, ℞ capillorum ueneris, cichoreæ Endiuie, lactuce scariolæ
 añ M. i. florum uiolarum nenupharis, rosarum rub: añ ℞. iij. sem: com-
 munium frigidorum, hordei excorticati añ ℞. i. liquiritiæ rosæ ℞. s. in-
 fundantur in s. q. aquæ communis per 24. horas, bulliant, deinde conue-
 nienter colentur, colatura aromatizetur cum sandalis, camphora, & cum
 saccharo q. s. fiat syrupus cuius dosis ℞. iij. cum aquis apropiatis, si dolor
 esset fortis & intollerabilis cum uigilijs, addantur semina papaueris albi
 & nigri, radicis mandragoræ & similia. Si materia esset nimium sub-
 tilis & acuta addantur portulaca solatrum aizoon & lenticula palu-
 stris, possunt insuper pro arbitrio medici in hoc casu infinite potiones
 preparari, nos iam ad purgationem & euacuationem humoris biliosi
 accedemus.

Purgantia medicamenta humorem biliosum educunt, non admo-
 dum calida esse debent, iuxtaq; supra dictos canones exhiberi & sepius
 reiterari, nam hoc pacto articulos, à recrementitijs biliosis fluxionibus
 liberabis. Purgant autem bilem sequentia. ℞. succi rosarum ℞. iij. scam-
 monij, mellis añ ℞. i. lachrimæ Tithymali ℞. i. misce detur cochleare
 unum uel duo. Item ℞. mala cotonea octo excauatisq; indatur scammo-
 nij ℞. i. extrinsecus fermento obducantur, assenturque & ubi probe co-
 cta fuerint adde mellis q. s. donec mediocrem spissitudinem acquirant,
 & exhibeto duo aut tria cochlearia pro sumentis uiribus. Purgandi
 item gratia utimur Electuario de succo rosarum, cassia, diacitonite cū scamo-
 nea, Triphera sarracena, syrupo rosato solutiuo, Infusione Tamarindorum
 cum

cum cassia fistula in aqua Endiuie foeniculi. Vel decocto myrobalano-
rum, fumiterræ, prunorum, absynthij. Quidam etiam conficiunt
uina solutiua, curiosa mihi magis quam utilis uidetur ipsorum præpa-
ratio, qui ipsis delectatur consulat autores Italos. Exhibentur & pi-
lule sequentes, ℞ Aloes succo trini Myrobalanorum citri: añ ʒ. i. dia-
gridij ʒ. ʒ. Esulæ gr: iij Mastice ʒ. i. conficiantur cum succo citoni-
orum datur pro uice ʒ. ʒ. uel ʒ. i. Item, ℞. Maceris, spicæ, rosa-
rum rub: uiolarum, maioranæ lue añ ʒ. ʒ. Diagridi Elaterij añ ʒ. ij.
Rhabarbari ʒ. i. ʒ. aloes Epaticæ ad pondus omnium, conficiantur cum
succo chamæpitheos, dosis earum a ʒ. i. usq; ad ʒ. ij. in quibusdam regi-
onibus, Si deberent educere pilule dictæ cholera adustam addatur Se-
na & Epithymus in quantitate ʒ. i. & conficiantur cum infusione helle-
bori nigri.

Item ℞. pilularum de hermodactylo minorum Mesue ʒ. ij. ʒ. ʒ.
Rhabarbari electi ʒ. i. spicæ Gr: i. ʒ. ʒ. fiant cum syrupo granatorum pi-
lule nu: viij. Item ℞. absynthij ʒ. i. scammonci ʒ. i. cum syrupo rosa-
to fiant pillule & da uel integram compositionem, uel duplam pro hu-
moris copia & uiribus ægri. Multum etiam commendantur pilule de
hermodactylo minores per se ʒ. i. pondere sumptæ.

Vomitus quoque his prouocandus, eo quidam utuntur ante pur-
gationes, defendant ipsi quod faciunt, repleat ergo æger uentrem cibis
& potibus, alijs etiam bilem purgantibus, ut decocto atriplicis, hor-
dei cum aqua infusionis raphani & sale, deinde intromittat gu-
le digitum aut pennam oleo sesamino imbutam & euomat ci-
bos omnes donec & humor peccans exeat, Prouocetur etiam
cum syrupo acetoso. ʒ. aqua tepida, aceto & oleo pauco, Semen
F 2 Thlas-

Thlaspeos acetabuli mensura potum, per utrasque uias bilem expellit. Quod si purgationes per uomitum & uentrem ferre nolint, Epomphalijs, Enematibus, uel suppositorijs huic humori educendo a propriatis utantur. Clyster conueniens ℞. Herbarum maluæ matris uiolarum atriplicis añ. M. i. prunorum damascenorum nu: V. sebesten nu: viij. hordei mundi M. s. coquantur in s. q. aq̄ usque ad crepaturam hordei, colentur deinde & in colaturæ ℞. i. dissolue cassiæ ℥. i. hieræ picæ. s. ℥. iij. addendo olei uiolacei ℥. i. s. uitellos ouorum duos, salis ℥. s. Misce fiat clyster. Vrina quoq; his prouocanda ut bilis per ipsum pellatur. Sint autem diuretica ipsorum non multum calida, quidam enim ipsis ualde calida diuretica exhibentes sanguinem eorum combusserunt, unde agris nocumentum maximum ortum est, debent ergo in calidis naturis & similibus materiebus mixta esse ex temperatis & frigidis ut aqua feniculi, portulacæ, capillorum ueneris, Alkekengi, Endiuie, cichoreæ, sem: quatuor frigidis minoribus, uino albo, claro, subtili, magis secura tamen sunt præcedentia quam uinum. Composita sunt, ℞. sem: melonum citrullorum, hermodactylorum alborum, rad: Granati sylues: nasturtij añ. ℥. ij. sem. apij ℥. s. trita & cribrata misceantur in puluerem denturque ℥. iij. cum tantundem sachari, prodest & aqua hordei cum emulstone quatuor sem: frigido: communiū. Item radix chelidoniæ bibita ex aqua.

Sudor insuper est euocandus, exhibetur ad hanc intentionem cyclaminis radix tenuissime trita cum aqua mulsa aut passo, robustis ℥. iij. pondere, reliquis, pro uirium tolerantia, sudorem etiam excludit rasura dentis aprini, Item cornuum Cerui recens emissorum lanuginosorum adhuc. Adiuuandus autem est sudor calefactionibus & fricationibus, non contingendo tamen partes affectas pannisq; uel lectulis contegantur ut a perfrictionibus sint tuti.

Exhibentur & intra corpus medicamenta quedam pro moderanda bile, extirpatione affectus, & doloris sedatione, ut sunt succus Betæ, Item succi portulacæ ℥. i. cum ℥. ij. olei amigdalini per hebdomadam potui data confert multum, datur & Rubea trociscata antiqua. Requies, Diar-
rhodon

rhodon Abbatis. Diatrion sandalon. Item \mathfrak{v} . salviae minutissime incisae
 \mathfrak{v} . s. mellis q. s. decoque ad sufficientiam & adde specierum aromatici
 Rosati Gab: diatrion sandalon sine camphora añ \mathfrak{z} . s. misce & iterum
 parum bulliant cum decocto salviae donec acquirat formam Electuarij, hoc
 Electuarium confortat membra nutritionis, ne fiat regeneratio, materiei
 facientis dolorem, datur mane ante cibum ad quantitatem castaneae, ue-
 speri à coena quantitate auellanae.

Ad localia nunc deueniendum quae in principio magis frigida quam
 in sanguinea arthritide esse debent, nec stiptica multum uel sicca, eligito
 ad dolores fortes & calidiores fortiora, ad debiliores mitiora, quod si
 aeger à frigidorum impositione ledatur, hoc fit propter spasmus (non ta-
 men proprie) quare mollificantibus utere. Conueniunt ergo in princi-
 pio sequentia. Oleum rosaceum mixtum cum albumine oui & lacte, O-
 leum uiolatum, nenupharinum cum lacte mulieris nutrientis puellam,
 Epithemata facta ex aquis lactucae, portulacae, maluae, & matris uiola-
 rum. Si calor esset multum fortis prodest radix mandragorae cum farina
 hordei, folia mandragorae Hyosciami & portulacae, semperuiuum item,
 plantago papauer, poliganum, rosae uirides, acetosa, solanum, atriplex,
 lactuca, seris, umbilicus ueneris, stratiotes palustris, ramenta cucurbitae,
 parietaria, lenticula palustris, flos uiolarum, malicorium, mucago psyl-
 lij. Item malum cum pane tritum, albumen oui, ach. n. utraque. Ex dictis
 possunt fieri olea Emplastra, cataplasmata, ex ipsarumque aquis destilla-
 tis Epithemata. Vtui etiam sunt folia mandragorae aut cortex radicis ip-
 sius cum polenta tritus. Item papaueris folia cocta cū rosaceo trita, Et se-
 men papaueris nigri, & santalus rubeus cum succo semperuiuae portula-
 cae, uel lenticulae palustris. Item inunctio facta cum amurca olei recenti,
 Et folia tenera platani, tusa & imposita, Item muscus, uel psyllium cum
 oleo rosaceo aqua & aceto in formam emplastri redactum, confert &
 oleum myrtinum, Item oleum aliquod frigidum ut myrtinum rosaceum
 citoniorum in pila plumbea agitatum diutius. Item pinguedo canis hoc
 modo collecta: canis pinguis abiecto capite pedibus & interaneis, diuida-

tur in partes, coquaturq; in aqua, usq; ad separationem carniū ab ossibus & pinguedo quæ decocto in frigidato supernatat colligatur et inungatur. Idem operatur pinguedo catuli. Mala etiam citonia trita cum aceto & farina hordeacea & in Emplastrum redacta. Inungitur & succus papaueris cum lacte muliebri, Quidam per totum annum etiam in absentia dolorum contegentes locum affectum, ante somnum sequenti cataplasmate sanitati restituti sunt. Cupressi uirgulas teneras & pilulas eius in olla cum aqua marina donec flaccescant coquito, deinde in mortario ad cerati formam terantur & linteolo extensa locis superponantur. Quidam ligustri folia puluerisata feruente aqua subigunt, cum pauco aceto aut Rhois culinarij decocto, & loco inflammato superposita superligant ipsis folia Ricini, carpasi aut Brassicæ, sensibiliter enim discutit & exhauritur ut Emplastrum mane aqua plenum reperiatur, muniendi tamen sunt ungues cerato liquido nam alias ipsos fuscōs afficit, hoc potius in augendo utendum. Multum prodest & succus foliorum canne seu arundinis. Santali etiam statim dolorem sedant qui ubi sedatus fuerit auferantur, Aliqui aceto non admodum forti lateres ignitos conspergunt & uaporem ex ipso elatum iuncturas suscipere faciunt. Iuuant & folia uitis cum farina hordei imposita, Et folia myrti cum cera. populi item nigra folia in aceto cocta, Item sambuci cauliculi cum seuo hircino illiti, Et folia salicis cocta & cum cera trita, Item tilia folia trita aspersa aqua, Item cicuta cum lythargirio aut axungia. Item plantaginis folia cum sale modico. Item Genista tusa cum axungia. Item succus foliorum acatie. Item fœnuigræci semen. Item raparum rasarum, quantum uis, rosarum rub: foliorum caulium seu brassicæ minutissime incisorum añ bulliant in s. q. aquæ postea adde uitellum unius oui, & cum oleo rosaceo confice Emplastrum. Potest etiam Balneum fieri ex decocto raparum uel fomentum, uel superfundatur membris aqua frigida quia inducendo torporem dolorem mitigat. Si dolores essent intollerabiles & succi papaueris ℥ iij croci ℥. i. cum lacte bubulo aut caprino terito uel medullam panis adycito & cum pauco rosaceo emollito, fiatque cataplasma. Item, & ceræ ℥ ij. s. olei chamomelinij rosacei

rosacei añ ʒ i. s. lomenti ʒ ij. ouorum lutea quatuor leuigatis in pila pro cerato utere. Decoctum item ranarum fluuiatilium cuiſceratarum & decollatarum utile eſt fomentum ad dolores calidos, quidam cum illis utiliter coquunt folia ſalicis aut roſarum, cucurbitæ. Conueniunt & ad inflammationes non ualde ſeruentes palmularum glandulæ, ramuli & medulla citrei mali cum pane, aut polline. Item ſymphitum per ſe uel cum pane, aut cerato mixtum, Item malicorium aceto incoctum, uel aridum cum pane ſuper emplaſtratum. Anthemis .i. chamomilla ex ſua natura ualde calidos dolores & inflammationes maximopere iuuat. Et pſyllium cum hordeacea farina. Ceratum roſaceum cum aliquo ſucco refrigerante. Maluas uirides terito coctas prius, & muccaginem pſyllij admisceto ad ditis uitellis ouorum, & cum oleo chamomelino fiat cataplaſma. Utilis & eſt decocti cupreſſi aſſiduus ſotus, Illinantur item liguſtri folia in paſtillos redacta & aceto reſoluta. Quidam utuntur carne Oſtreorum uel concharum fluuiatilium cū ſpuma argenti, ſolijs Hyoſciamii et oleo ueateri. Item & ſumach, myrtillorum, Boliarmeni añ ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. ſantali albi, & rubei, acatiæ Gallarum balaſtiorum, pſyllij añ ʒ. i. olei roſacei, aquæ roſacæ & plataginis añ ʒ. iij. farine lentiũ uel hordei ʒ ij. commiſceantur inuicem more Emplaſtri. Quidam & ilicis glandes tundunt diuque coquunt, & decocto hoc extremas articulorum partes irrigant ad multum tempus in fluxionis principio. Interiores autem ſpongijs perſundunt & ſic ſtatim materiei impetum repellunt, Iuuat & muccago pſyllij cū oleo uiolato, aut de cucurbita aut Butyro recenti inſulſo. Item lac calidum ab ubere ſupermulctum, Item oleum roſaceum, uiolaceum, nenupharinum mixtum cū pinguedine porci uel pulli incorporeturque cū ouo & pauco ſale. Item & olei amigdalorum dulcium, chamomelini anetini añ ʒ. i. Muccaginis altheæ. ſem : lini ſcœnugreci añ ʒ ij. pinguedinis pulli anatis recentium, Butyri & adipis porcini recentium, ceræ albæ añ ʒ. i. fiat unguentum.

Aliqui in maximo dolore & colore imponunt pulmo-

pulmonem arietis calidum, aut pullum Gallinae uel Columbinum, aut catulum scissum per medium dorsi, animali adhuc uiuente, uel membrum animalis nouiter occisi adhuc tamen calidi uentri inserunt, Cymbalaria item sub cervicali posita sedat dolores per accidens inducendo somnum.

Vbi uero dolor & inflammatio adeo sit fortis & uehemens, ut etiam ignem sacrum referat, ad folia papaueris, cicuta, hyosciami, mandagrorae, & reliqua opiata composita recurrendum ut ℞. opij ℥ iij. croci ℥ i. panis siliginis q. s. unumquodque lacte sigillatim teratur, unitis deinde omnibus utere, potest & cerato rosaceo excipi. Item ℞ succi absynthij. ℥ iij. croci & cerae tantundem, opij ℥ i. olei Irini ℥ vi. opium & crocum in passo diluito, & affusa cera & oleo unito ac utere a balneo, Item ℞ Aloës ℥ s. centaureae ℥ i. Thuris myrrhae añ ℥ ij. Lapidis asij, opij, succi mandragorae, Styracis aluminis scissi añ ℥ i. passo in pastillos redigantur, usus tempore dissoluantur cum lacte, & pennulis illinantur, linteo- lumque passo imbutum superponatur. Item ℞ lactis caprini ℥ s. uitellos ouorum nu. ij. olei rosacci ℥ i. croci ℥ s. sem: papaueris ℥ ij. opij ℥ s. medullae panis q. s. fiat cataplasma. Item opium & crocum cum lacte trita cerato rosaceo excipito, prodest & oleum torpedinis & ceratum ex ipso. Iusquiamus etiam sua stupefactione conducit, projiciatur etiam mandragora trita in Butyrum uaccinum & illinatur ex eo locus, fiat item Epithema ex storace & opio. Aliud forte narcoticum. ℞ opij corticum mandragorae añ ℥ ij. s. macerentur, in aqua portulacae uel lactucae aut Iusquiami formenturque pilulae, quarum una cogente necessitate in dictis aquis dissoluatur & illinatur, Confert & aqua calybeata actu frigida copiose superfusa quia torporem inducit, & alia stuporem inducentia.

Dictis hucusq; remedijs stupefacientibus non utendum nisi summa urgente necessitate, & eo usque donec dolor sedatur, partes quoque post eorum usum rursus recalescenda & resouenda ut noxa a stupefacientibus inducta corrigi possit, eorum enim usus immodicus, humorum compactiones, topbos & diuturnas motus difficultates efficit. Ad fomenta partium refrigeratarum nobis seruiant Emplastra ex castoreo, Thapsia, Diachylon,

41

Diachylon, Dialthea, ex Adarce, Cachryo, Euphorbio pipere, pirethro. Helenio. zinz. nitro, cera & Terebinthina misceantur hæc pro arbitrio Medici. Item oleum nardinum, liliaceum, costinum, de absynthio, Item, Emplastrum factum ex serapino, Bdellio, ammoniaco, dissolutis in uino cum farina fœnugræci seminis lini, succo absynthij & pinguedinibus auium, Item ex origano pipere, sinapi, satureia, &c. Deinceps & partes confortandæ cum oleo rosaceo, uel oleo rosaceo & uino, uel succo acatiæ cum posca, uel lycio cum croco, Item glautio, uel succo perdiciadis cum posca.

In augmento sequentibus uteris, oleo sc: uiolato nenupharino chamomelino uel per se aut cum cera alba, Item Embrocatione ranarum euisceratarum, uel aqua destillata ex limacijs. Item & olei chamomelini rosacei añ ℥. i. misce intingantur panni linei in ipsis & superponantur, Item & chamomillæ meliloti, rosarum rub: foliorum uiolarum purpurearum añ M. i. farinæ hordei, sem: lini añ ℥ i. s. puluerisanda puluerisentur, & cum oleo rosato & chamomelino q. s. fiat emplastrum. Item & cerebri porci quantum uis, teratur cum amylo & rosaceo panniculoque infarctum superponatur, dolores hoc statim sedare dicitur ut etiam rursus ambulare possint, In statu fiat Emplastrum ex farina hordei cum mucagine, sem psyllij, lini, altheæ, oleo uiolato & adipe Gallinæ. Item & absynthij chamomillæ, meliloti, aneti, rosarum rub: chamæpitheos, herbæ paralysis añ M. s. bulliant in s. q. aquæ communis, madesiat in decocto spongia & foueatur ipso locus, ungatur deinde sequenti unguento, & olei chamomelini liliacei rosati añ ℥. s. misce cum pauca cera, confert & oleum chamomelinum in quo bullierint uermes terremi.

In declinatione arthritidis Biliosæ non indigemus resoluentibus, quia ipsius materia propter subtilitatem non concrecit ut topicos, si tamen uti aliquibus uolueris sint lenia, ut & ceræ albæ olei rosacei añ ℥: i. liquefiant cum adipe anatis, Item & aloës croci myrrhæ añ superlinantur cum aqua caulium aut Endiuie pro quantitate caliditatis. Vel illinatur ceratum ex oleo chamomelino, uel diachylon dissolutum in oleo chamomelino. Item

G

accipiatur

accipiatur mucago seminis lini fenugraci, conquassentur cum oleo chamaelino aut sesamino donec spissitudinem mellis acquirant postmodum illinantur. Item accipe stupam conuolutam, imbutam urinae pueri, uoluatur bene sub cimeribus calidis conquasseturq; in dicto cinere, & ligetur super locum dolorosum, ipsum enim confortat. Item Embrocetur sequenti decocto, & pulegij calamenti rosarum rub: añ M. i. bulliant in sufficienti quantitate aquae ferratae ad consumptionem tertiae partis uel in uino stiptico nigro.

Biliosis hac differentia doloris laborantibus frequenter accidit torsio digitorum, propter intensam articulorum exiccationem, quare cum mollificantibus tractandi, uel quae non multum calefaciant. Manuali operatione, quod sciam, haec arthritidis non indiget, quare nihil amplius quod de ea dici possit superest.

DE ARTHRITIDIS PITUITOSAE, CVRA CAP: VIII.

Requens est haec species, quare etiam acuratius & prolixius eius curam praescribemus, licet humor hic solus, de quo tamem agitur affectionem raro gignat, cum frigidus crassus plerumque & uiscosus sit ineptus ut per spacia angusta ad iuncturas feratur, quare in hac differentia uoluerunt communi consensu omnes auctores, ut, cum de medicamentis dicitur, patebit, bilem esse simul euacuandam, quae tanquam ipsius uehiculum statuitur, nisi calefactus a se ipso eo feratur, nam pituitosa etiam materia & frigidior tempore inflammationis quandoq; exardescit et feruet.

Extenuans dieta his confert multum ad digestionem humorum, unde cibi ipsorum sint pauci nutrimenti & sicciores, ut succus oryzae, auenae, carnes item auium montanarum assatarum, pisces in petrosis aquis nati, conferunt & cappares ex aceto mulso, item iuglandes, nuces pineae, pistatae, uuae passae, quidam in mediam iniungunt per plures dies praecipue ubi Medicamentis non possint euacuari. Vinum si concedatur sit tenue fuluum, uetus, exiguae quantitate, bibant alias aquam mellis simplicem uel cum speciebus, uel decoctum radicum quinque communium, cicerumq;
rubcorum

49

tubeorum neque potu se repleant. Possunt & non extra canones sequenti
potu uti qui & a me multis cum bono euentu datus est, ꝛ cinamomi electi
℥. i. zinz. ℥. s. piperis longi cubebarum añ ℥. i. Galange ℥. i. carda-
momi ℥. ij. sem:foeniculi anisi añ ℥. s. contusa bulliant in ℥. iij. aque
communis donec tertia pars absumatur coletur & refrigerata colatura
dulcoretur cum sacharo q. s. Post cessationem fluxus & mundificatio-
nem corporis exercitentur, utantur Balneis calidis & exiccantibus & in
omnibus similiter ut illi qui ab hac specie dolorum præseruantur, regan-
tur, ut infra docebitur.

Venam aperiri suadent nonnulli & in hac arthritidis differentia,
dicentes humorem illius causam in uenis quam maxime contineri, quantita-
te magis quam qualitate offendentem, eamque potissimum fieri debere
cum morbus incipit, quibus refragari iam non licet, sed olim dabitur oc-
casto, scimus eos ex morbo hoc sæpiissime molestatos, per imperitorum
consilium ex uena secta ingens hausisse damnum, præcipue naturæ frigi-
dioris, quales plerumq; eo laborantes sunt, euacuato enim caloris natura-
lis fundamento, corpus frigidius relinquitur generationiq; pituitosorum
humorum aptum, Vereor ego ne etiam crudi humores extra uenas per
corpus uagantes ex ipsarum apertione, per consequentiam ad id quod ua-
euatur in ipsas retraherentur, motus exemplis. Memini enim paucis e-
lapsis mensibus cuidam arthritico tempore paroxysmi, apertam fuisse ue-
nam & ad ℥. unam sanguinis extractam, pituitam sanguineam potius
quam sanguinem pituitosum dixisses, suo enim damno prognosticationis
meæ periculum experiri uoluit, Iudicet quilibet utrum uera possit esse sen-
tentia materias extrauenatas, uel extra uenas uagantes in ipsas non posse
retrahi, forsitan meam ex dictis habetis opinionem, totum enim corpus con-
fluxile & conspirabile est, neque me inconstantem quis proferat, si inuene-
rit, dicentem materias iam occupantes iuncturas difficulter per purgantia
medicamēta posse retrahi, nisi .n. hic refluxus per uenas fiat ad placitū A-
uicē: alia nō est in præoptu uia, bene uerū est ipsos in principio eam sua-
dere, concedūt ergo et tūc et semper pituitā in uenis cū sanguine mixtā cō-
tineri et per corpus ferri, quare .n. phlebotomiā suaderent. Loca ipsi ppria
G 2 sicut

sicut & bili & melancholice natura perspicax destinavit, cum nec aquea humiditas eiusdem cum urina substantie & qualitatis que in extracto sanguine quandoque conspicitur, naturalem locum in uenis habeat, quod non solum rationibus, sed etiam autoritatibus probare possem, sed hoc ad placitum quorundam, uitiosos humores nunc extra sanguinem abundantes, purgantibus Medicamentis e corpore uacuandos esse concludens quicumque illi sint. Per quas autem uias commodius possint educi, dabit ordo doctrinae, ubi de preparatione ipsius prius pauca dixerimus, nam crassus plerumque, crudus, tenax, inobediens purganti medicamento, infarctus & partibus adherens uel imbibitus est, obseruetis circa haec canonem nempe digestiua (sic enim & consueto more potiones illas preparatorias & nos appellemus) dum materia adhuc in fluxu est, calida & stiptica esse debere, ratio huius manifesta est. Si uero iam influxa est, subtiliatiua, fugiendo in ipsorum materia acetum & ualde acetosa, iuncturis enim & neruosis partibus sunt inimica, Propinari ergo potest secundum dictos canones talis potus, re. polij, Stechados arab: Maioranae, origani, chamæpitheos, Betonicae, calamenti fluuiialis & montani, hisopi, Thymi, salviae, herbae paralytis, capillorum ueneris, florum rosmarini, añ M. i. ruta sicca, acori, secacul i. poligonati, rad: foeniculi, petroselini, apij, Ireos, Aristolochiae rotundae Bryoniae añ ʒ i. s. seminum leuistici siseleos, granorum & radicum paeoniae, sem: urticae, saxifragiae, cassiae lignae, granorum iuniperi añ ʒ. i. pyrethri cardamomi añ ʒ. s. passularum e nuclea, ʒ ij. infundantur concisa & conquassata prius in s. q. aquae communis per diem naturalem, coquantur deinde bene colenturque colatura aromatizetur cum cinamomo, nuce moscata, cubebis, & adde mellis despumati q. s. dosis eius est ʒ. ij. pro uice cum ʒi ij. uel iij aquarum appropriatarum, Item, re. chamædryos chamæpiteos Gentianae ruta sicca, rad: aristolochiae añ ʒ. s. Gariophilorum, Cinamomi, Anisi, marathri, radicum paeoniae añ ʒ i. coquantur contusa in s. q. aquae communis s. coletur, colatura adde mellis rosati ʒ. i. fiatque syrupus, Item re. Mellis rosati colati ʒ. i. Syrupi de stechade ʒ. s. aquarum absinthij Betonicae añ

añ ℥ 1. 5. misce fiat potus reiteratur ad necessitatem. Ponam nunc etiam
 am potionem expertam & multum laudabilem, qua alias saepe & iam
 usus sum paucis mensibus elapsis, in ciue quodam Montis Sanctæ Annæ,
 pituitosa arthritide per quadriennium molestato, a cuius usu (consuevi .n.
 digestiuis quæ quidquid materierum præpararunt singulis diebus absque
 molestia educant, admiscere, ne commota materia ad debiles fluat iunctu=
 ras postmodum & adiungens si opus fuerit eradicatiuam purgationem,
 materia enim plerumq; multa est) paroxysmus licet rediret, debiliter ta=
 men afflixit, & breuiori tempore durauit quoniam quod eductum erat
 iuncturas petere non poterat, talis igitur est, & Herbarum Betonicæ cha=
 mædryos, chamæpitheos, Maioranæ. capillorum ueneris, añ M. 1. sem:
 Hypericonis, cubebarum, añ ℥ 1. corti: myrab: citrinorum, chebulorum,
 añ ℥ 1. 5. polipodij quercini ℥ 1. 5. foliorum senæ ℥ ij. concisis & con=
 quassatis omnibus bulliant in s. q. aquæ communis, donec absumatur me=
 dietas, coletur colaturæ & ℥ 1. 5. aromatisetur cum ℥ 1. Cinamomi ele=
 eti, & zinz ℥ ij. & in ipsa dissolue agarici trociscati ℥ ij. 5. & adde sy=
 rupi de stachade, de cichorio cum rhabarb: añ ℥ iij de absynthio ℥ ij. mi=
 sce fiat potus, qui quinque uicibus assumptus humorum pituitosorum ui=
 scosorum magnam copiam, nec non & bilis aliquid eduxit absque omni
 molestia, Ad digestionem etiam humorū pituitosorum datur diatrion pi=
 pereon, Dianisu, Diacyminu, Dianthos.

Post usum digestiuorum sufficientem, materiae per purgantia medi=
 camenta apropiata educendæ, quæ cum multa ut plurimum & inobedi=
 ens crassaque est non una uice potest extrahi, quare & potiones præpara=
 toriæ, & etiam purgantia Medicamenta aliquoties reiteranda. Quidam
 prohibent purgationes eradicatiuas (ut uocant) idest, fortes in passione
 diuturna, membra enim debilitari inde dicunt. Si nullam aliam habent ra=
 tionem, hoc non erit ut ipsis obediatur sufficiens, cum sæpius inuenerimus
 debilitatem solam morbum hunc producere non posse. Quis quæso est tam
 imperitus negligens et infidus, ut non rursus, quod et ratio nos iubet, mem=
 bra principalia, quibus noxam inferre solent medicamenta purgantia,
 & etiam

Et etiam exteriora post purgationes confortet, nocimentum inductum ab ipsis auferendo. Vnde secundum canones purgationum, tu conducibili uteris naturis, quibuslibet ea proporcionabiliter eligendo.

Cum igitur huic humori uia magis consueta & familiaris sit, minusque periculosa, intestina, per ipsa quoque potissimum extrahatur, quoniam & a natura eo uergit utpote locum conuenientem & aptum. Purgant ergo phlegmaticum humorem sequentia. & florum Boraginis Buglossæ añ M. s. stachados arabici chamæpitheos herbæ paralytici añ ʒ. i. passularum enucleatarum, liquiritiæ rasæ añ ʒ. s. coquatur in s. q. aquæ communis, s. art: coletur & de colatura & q. s. dissoluantur in ipsa Diacatoliconis ʒ. v. Electuarij Eleosoph. ʒ. i. s. Indi maioris ʒ. iij. Electuarij succi rosarum ʒ. i. Misce fiat potus. Tragea solutiua. & Turbith Gummosi albi & Electi. ʒ. s. zinz. ʒ. s. Hermodactylorum electorum ʒ. s. piperis longi anisi añ ʒ. s. Gariophilorum ʒ. i. pulueris ossis humani ʒ. i. tribulorum marinorum puluerisatorum ʒ. ij. ob. i. rosarum ʒ. s. Myrab: citrinorum ʒ. s. sachari ad pondus omnium. Detur cochlearum unum superbibantq; aquæ calidæ coctæ ʒ. iij. Conuenit & Hiera Hermetis, Item Ruffi, Benedicta, Hieralogodion, Agaricus, aloë. Electuarium solutiuum & Turbith gummosi, Esulæ Electæ añ ʒ. i. Myrabolanorum citrinorum chebulorum contritorum & maceratorum in lacte per triduum ʒ. i. Gariophilorum ʒ. i. s. conficiantur cum saccharo & succo rosarum Dosis a ʒ. ij. usq; ad ʒ. iij. Aliud & zinz. ʒ. i. piperis agarici añ ʒ. s. medullæ carthami ʒ. ij. rad: pedis coruini ʒ. iij. confice cum melle dosis est, a ʒ. i. usq; ad ʒ. ij. Multum etiam commendatur oxymeli Iulianum, quod sic conficitur. & Rutæ origani lathiridum, Tedarum alypiadis (quoniam alypi certa adhuc non habetur cognitio pro eo Thymbrum uel Thymum ponunt) scyllæ, surculorum sambuci, pulegij añ ʒ. iij. comæ Thymi ʒ. iij. Anethi, radicum mandragoræ añ ʒ. s. Iridis, folij costi, spicænardij, asari, ueratri albi, hyssopi amomi, hyperici, cumini.

47

añ ʒ. i. Agarici, polydopij, Epithymi, anisi, añ ʒ. ij Rhepontici ʒ. i. s.
lathyridas, costum spicannardi cocto oxymelite inspergito, sint autem
aceti sextarij decem aut tredecim, mellis sextarij quinq; herbas triduum in
aceto macerari finito, deinde sic excoctum dum amplius dimidio absum-
ptum fuerit, mel adijcito, inspergito denique quæ inspergi debent lathyri-
das costum & spicannardi, simulq; leuigata excipito & pro uiribus uti-
tor, Dosis summa est ʒ. s. alias ʒ. i. minor uero ʒ. viij. Quidam aga-
ricum tantum oxymelite in tenuissimum puluerem tritum inspergunt, alij
ut ualentius purget scammonium addunt, Exterminat dictum Medica-
mentum & expurgat non solum quod tenue est, sed etiam crassum articu-
lis infixum & insinuatum. Potus alius noster quo sepius usi sumus cum
fœlici successu, satis autem ualenter purgat. ʒ. Herbarum Betonicae salui-
æ chamædryos añ ʒ. ij. sem: anisi fœniculi carui añ ʒ. i. Myrabola: citri-
norum Indorum, Chebulorum añ ʒ. i. s. foliorum senæ, polipodij quer-
cini añ ʒ. iij. conquassata bulliant in ʒ. x. aquæ communis donec cadat
medietas coletur colatura aromatizetur cum ʒ. s. cinamomi & in ipsa
dissolue agarici trocis: ʒ. i. Electuarij Elefscoph. ʒ. i. s. Benedictæ laxa-
tiue ʒ. ij. addendo syrupi de stechade & Betonica añ ʒ. s. Misce fiat
haustus. In doloribus articularum ex lue Gallica mulier quædam ueneta
maximas laudes & thesaurum sibi comparauit, ex infusione pulpæ colo-
cyntidos in uino, exhibens deinde expressum uinum. Addidi ego uim ipsius
infrenantia, & multoties exhibui Romæ & Senis, miratusq; sepe de
quantitate humoris putuitosi quem eduxit per plures uices, mentionem
eius ideo feci, quoniam & in hoc casu multum laudabilis est medicina.

Magna etiam inest uirtus in expurgandis pituitosis humoribus Resinæ
Terebinthinæ præcipue eius quæ per Italiã Terebinthinã Venetam appellat,
cuius

cuius plures feci experientias, dantur autem ex oua sorbili uel ostia (ut uocant) obuoluta uel iure Gallinae ℥. ij. & ℥. 5. pro arbitrio Medici, tarde autem soluit absque tamen molestia post eius assumptionem conuenienter inambulet & moueatur si potest sepiusq; reiteranda ipsius exhibitio. Pillulae conferentes sunt. ℞ Aloës hepatici, colocynthidos, corticum ueratri nigri añ ℥. 1. Euphorbij nitri añ ℥. 5. excipiantur succo brassicae, datur de ipsis pro uirium ratione.

Pilulae de Hermodactylo multum utiles. ℞ Aloës ℥. ij. scammonij ℥. iij sem: cucumeris agrestis ℥. 1. 5. Hermodactyli ℥. 5. misceantur succo chamæpitheos uel saluiae, dantur ℥. iij ad summum sex. Aliæ ℞ aloës colocynthidos scammonij añ ℥. 1. Hermodactylorum ℥. 1. misce, datur ℥. 1. uel ℥. v. aut vi. habita uirium ratione. Conducunt & pilulae de Hermodactylo maiores Mesues, Item de serapino, opopanaco, Foetidae, Item ℞ Aloës ℥. 1. 5. Agarici ℥. 1. croci ℥. 1. costi ℥. ij. spicæ nardi, floris iunci odorati carpobalsami, añ ℥. ij. cassiæ scammonei añ ℥. 5. Epithymi ℥. vij. formentur pilulae dosis ℥. ij. uel ℥. 1. Item ℞ Masse pilularum cochiarum, de Hermodactylis maiorum añ ℥. 5. corticum myrab: Indorum ℥. 5. fiant cum syrupo de stæchade pilulae nu: viij Item ℞ pulpæ colocynthidos, diagridij serapini, Hermodactylorum, salis gemmae Iuae añ partes æquales, Aloës Epatici ad pondus omnium, formentur cum succo rutæ uel syrupo de stæchade pilulae quarum dosis, a ℥. 1. usq; ad ℥. 1. 5. Plurimum tribuunt Autores purgationi quæ per Hermodactylum fit, quia stipticitatens quandam post se relinquit, uarijque modi exhibitionis ipsius perhibentur, si quis eo uti uoluerit, caute ipso utatur, nam stomacho incommodus, anxietatem, ciborum inappetentiam, & crebras fluxiones inducens, unde corrigendus & uis eius domanda admiscendo aloën cuminum. zinz. piper. Aliqui herbam eius tantum coquant cum aniso, apio & seminibus diureticis, & decoctum id bibendum præbent, miraque dicunt quomodo per id purgati a fluxione liberentur, nos plura habemus remedia, idem, si non nomine, saltem effectu promittentia, etiamsi tam periculosiss non utamur. Præferunt Hermodactylo medicamen-

dicamentum ex coronopodio ut quod eandem, quam ipse, faciat euacuationem, sedationemque doloris neq; stomacho noxium, hoc autem pacto preparatur ℞. zinz. ꝑ. i. piperis. ꝑ. 5. Agarici ꝑ. v. cnici partis interioris ꝑ. ij. rad: coronopodij ꝑ. i. contusa & cribrata reponito, datur de ipso ꝑ. iij quandoq; cum granis. 40. piperis, communiter tamen datur ꝑ. i. plus uel minus etiam, pro sumentis uiribus, post euacuationem ab ipso factam aeger in Balneum ducendus, à Balneo nutriendus ouis & pane.

VOMITV etiam educuntur materie pituitosæ, siue is sponte aut per medicamenta fiat. Prouocetur ergo à cibo, in consuetis, tempore æstatis & principio autumnii, nam in hyeme humor hic difficulter educitur uomitu, repleatur ergo primo cibus acutis, incisuis, & potibus similibus, detur deinde oxymel squilliticum, uel oxymel compositum cum decocto raphani, In robustis potest addi sinapi & infusio hellebori albi. Aliud uomitiuum. ℞. rad: raphani ꝑ. i. sem: aneti, atriplicis, sinapi, cepearum añ ꝑ. 5. pistentur & bulliant in ꝑ. viij. aquæ communis ad consumptionem ꝑ. ij. coletur & adde oxymellis compositi, uel scyllitici ꝑ. i. 5. datur post horam à repletionem uentris, tepidum & euomat. Fiat & ex decocto raphani cum aceto & sale. Item ex decocto raphani, sem: aneti añ ꝑ. iij olei communis rancidi mali odoris & saporis ꝑ. ij. aceti ꝑ. i. Aliud fortius fit ex decocto raphani in quo per noctem infusa fuerint frusta hellebori, repleatur autem stomachus ex cibus incisuis, absteruis ut cæpis cum aceto, porro, raphano, piscibus salsis cum pane, deinde per horam unam cum dimidia sumat duos cyathos uomitiui tepidi irritando fauces penna intincta oleo rancido.

Clysteres etiam multum commendantur in hoc affectu, qui ad intentionem medici, mitiores uel robustiores preparari possunt, nos formulas quasdam ponemus. ℞. Vtriusq; centaureæ añ M. i. succi Betæ ℞. 5. maluæ althææ foliorum uiolarum mercurialis añ M. i. salis mellis añ ꝑ. 5. fursuris M. i. olei chamomelini ꝑ. iij. misce fiat Enema. Securiores clysteres sunt ex saluia, centaurea, chamædry, fœniculo, aneto, cartamo,

H

flore

50
 flore chamomyllæ, Aniso, foenugræco, sem: lini, mercuriali cum cas-
 sia, benedicta, oleo rutaceo, communi, chamomelino. Item ℞. centaureæ
 M. i. polypodij M. s. furfuris. M. s. bulliant in s. q. aquæ, colentur, &
 adde mellis communis ℥ iij. salis ℥. ij. olei anetimi uel rutacei ℥ iij. qui-
 dam ut sit robustior, Agaricum colocynthida Euphorbium, opopanax
 adiiciunt. Alius ualde fortis, attrahens, phlegma crudum & auferens æ-
 gritudinem, ℞ corticum rad: capparis, cort. colocynthidos, centaurei
 mi: cucumeris asinini corti: agarici añ ℥. vi. bulliant in ℥ iij. aquæ ad
 consumptionem tertiæ partis cola & adde, mel & oleum, retineat ipsum
 quousque potest. Fiat item clyster ex oleo corticum colocynthidos cum
 oleo communi, Item ℞. Esule Hellebori nigri, colocynthidos, nasturtij
 centaureæ, chamædrios añ q. V. coquantur in ℥ iij. aquæ secundum ar-
 tem & cum oleo conuenienti fiat clyster, hic non est infundendus nisi pin-
 guibus intestinis. Si qui uero Enemata recusarint utantur collyrijs si-
 milibus, ℞ serapini, opopanax, pulpæ colocynthidos añ ℥. i. sterco-
 ris muris, ℥. i. mellis ℥. x. salis gemmæ ℥. ij. salis communis ℥. iij. dis-
 soluantur gummi prius deinde addatur mel & reliqua formenturq;
 collyria.

Diureticorum quoque congruus est usus in hac specie, nam quando-
 que contigit ex horum usu quosdam sanitati restitutos esse, qui per alia
 medicamenta & potiones sanari non potuerunt, Cauendum tamen à for-
 tioribus & nimium calidis, quia excoquunt & adurunt sanguinem, datur
 aqua raphani, (radicchio Italis) cum spica. Item decoctum cicerum, rad:
 Asparagi, foeniculi, Sumitur & radix meu cum melle in formam Ecce-
 gmatis redactum. Bibitur & radix pæoniæ cum uino, & ea quæ urinam
 turbidam crassamq; euocant, horum materiã copiosam hincinde reperies.

Euacuato hoc modo per differentes uias & Medicamina corpore,
 ad intra insuper exhibentur quedam (maxime coctione iam probe perse-
 cta, corporibusq; pituitosis frigidi & humidi temperamenti qui enim
 contrario modo se habent insuper curis, uigilijs & ardoribus consumun-
 tur maximopere ex ipsorum usu leduntur) ut quod residuum est absu-
 mant

51
nant uel expellant, dolores mitigentur, membra confortent, & totis uiri-
bus uel etiam qualitate manifesta, aut proprietate occulta morbo aduer-
sentur, uel crassa excrementa extenuent, quorum pauca ponentur. Potio
in ipsa accessione a doloribus liberans aegrum. ℞ sem: Erysimi ℥ iiij
Zinz. ℥. ij. rad: coronopodij, anomi, piperis, añ ℥. ij. fiat puluis exhi-
beatur mane coctione iam perfecta, pondere ad summum ℥. ij. ex posca.
Item ℞ Anisi, propoleos añ siliquas. ij. Zinz. Euphorbij añ ℥ iiij Masti-
ches ℥. ij. cassia ℥. i. Hermodactyli siliq: iiij dantur una uice omnia ex
aqua tepida. Vide ne nimis magna sit haec dosis. Exhibetur & sequens an-
tidotus ℞ Agarici ℥. s. phu. ℥. i. petroselini ℥. i. s. Mei ℥ ij hyperici
℥ ij. s. Gentianae ℥ ij, Aristilochiae ℥ ij. s. centaurei ℥ iiij chamædryos
℥ iiij. s. mellis q. s. ad mixtionem. Item ℞ Agarici, Erysimi, Myuri her-
bae, añ ℥. i. misce, dantur ℥ iiij cum ℥ i. Euphorbij ex mulso, Iuuat et-
tiam ipsos Antidotus ex hyperico, quotidie mane ℥. i pondere per annum
pota cum sesquicyatho aquae calidae, & si potest deambulet desuper, tam
efficaciter enim hunc morbum sanare creditur, ut etiam durities instar to-
phorum in articulis quibusdam per uim morbi coactas dissoluat, hoc au-
tem pacto preparatur, ℞ Trissaginis, centaureae añ ℥. i. Aristolochiae
rotundae. ℥. viij. rad: Gentianae ℥ vi. comae hyperici ℥. v. petroselini
℥ iiij Mei ℥ ij. phu, Agarici, añ ℥ ij. mellis despumati ℥ iiij. s. unum
quodque per se contundito & cribrato, deinde simul misceto ac rursus cri-
brato quo accurata permixtio fiat, deinde melli despumato admisceto ac
pastillos formato pondere ℥. i. & unum ex ipsis pro uice praebeto.

Item ossium surarum ceruorum & Bubulorum substantia facultate
tem habet consumendi ac desiccandi, ita ut etiam sola assidue & oportu-
tine exhibita inueteratum morbum curet. Summas praeterea laudes tri-
buunt Antidoto ex corallio herba, cuius haec est compositio ℞ corallij
herbae. i. anagallidis maris puniceo flore ℥. vi. Myrrhae Trogloditicae
℥ iiij. Gariophilli ℥ iiij rad: peoniae ℥. i. Aristolochiae rotundae longae, añ
℥. ij. spicæardi ℥ iiij Reupontici ℥. i. folij ℥ iiij Eligantur optima quaeq;

H 2

con

contundito & cribrato datoque mane ℥ .i. ex tepida perq; sex horas
 abstineat à cibo, incipiat calendis Ianuarij continuetque per dies centum,
 quiescat deinde per dies. 30. & iterum bibat per centum dies & 30. qui-
 escat, & cum 260. absoluerit & 200 biberit, dabis iterum alternis diebus
 & in 160 diebus potiones. 80. assumet, caueat qui bibit à uino adstrin-
 gentel, uenere, ira, potu dulci, à crebris oleribus, piscibus, leguminibus, fa-
 ba, & cibus crassi succi, magis mihi tamen probatur modus exhibendi hu-
 ius Antidoti eorum qui ab æquinoctio autumnali incipiunt .i. circa deci-
 mam quartam diem Septembris, & per 50 dies continuant postea nouem
 intermittunt & hunc ordinem tenent, donec completi fuerint. 365. dies
 sub cane tamen. i. à 24. Iulij usq; ad autumnum completum omnino ab-
 stinere iubent. Vsus huius & similibus antidotorum, in morbo recenti sal-
 tem conceditur, nō postquam iam per quinq; uel septem annos morbus du-
 rauerit. Dantur & Arthiticis pituitosis morbosissq; corporibus, Theria-
 ca, Mithridaticum, Diazingiber, Diatrion pipereon, Theriaca .n. sepius
 assumpta, in hyeme coctione iam perfecta, rarius in æstate, aut liberat aut
 morbum tollerabiliorem reddit. Exhibent & quidam ad compescendum
 dolorem præcipue in fluxu materierum sequentes pilulas ℞. opij, storacis
 liquida, laudani, masticis olybani añ partes æquales, conficiantur cum suc-
 co plantaginis & detur iusta dosis ituris cubitum cum uino nigro, confert
 & his potus castorei. Item ossium humanorum combustorum inscio æ-
 gro. Item succi Ebuli ℥ .i. quia purgat. Vtiliter & prebentur aristo-
 lochia rotunda ℥ .ij. aliquoties uere & hyeme quia paroxysmum prohi-
 bent. Item brodium Galli antiqui cocti cum carthamo, polipodio, quidam
 addunt Hermodactylis pedem coruinum ad educendos humores crudos,
 Item decoctum radicum papaueris cornuti. Item radix rubæ pota cum
 melicrato utilis est. Et betonica radix cum uino. Item decoctum Asa-
 ri, Infusio etiam genestæ bibita præseruat & curat, Datur & ammoniaci
 aureus unus dissolutus aqua aliqua conuenienti à proprietate enim con-
 fert. Bibitur & Thapsia contra prænominatos dolores: Ab extra quæ
 aplicantur post multiplices iam dictas euacuationes, in principio paroxis-
 mi

53

mi non debent esse pure frigida, sed permixta quibusdam calidis exiccantibus & stipticis, ut \mathcal{R} olei rosati masticipini \mathfrak{z} . 5. Mumie olibani calamiaromatici \mathfrak{z} . ij. farine hordei \mathfrak{z} . i. uini rubri pontici, succi mentae \mathfrak{q} . s. ad conficiendum Emplastrum, uel fiat absq; farina linimentum, Item \mathcal{R} foliorum Terebinthi uiridium contundantur, & cum adipe recenti suillo & rosaceo paucaque cera fiat Emplastrum. Item cupressi folia & pilule contundantur & imponantur cum uino. Fiat item fomentum ex decocto radicum quinquefolij & malicorij. Plantago etiam cum sale trita imponitur. Item \mathcal{R} Gallarum, foliorum cupressi, Myrhæ Masticis, Thuris \mathfrak{z} iij. Gummi arabici, sandarace \mathfrak{z} . ij. farine cicerum aut orobi \mathfrak{z} ij. conficiantur cum aqua ferrata, in qua bullierint folia myrti & sabina. Item \mathcal{R} Ammoniacy licij \mathfrak{a} n terantur cum oleo omphacino & uino addita farina fabarum.

Optimum sedatiuum doloris est & hoc, foenugræcum in uase fictili affusa poscæ. s. q. per noctem macerato, mane donec soluatur coquito, tritum deinde in mortario, & sufficienti melle affuso, calefactum linteoq; exceptum, loco affecto imposito, alligatumque fascia finito, per duos aut tres dies. Quandoq; & ad stupefacientia recurrendum, quæ in hac materia calidis permixta esse debent, alias, iuxta canones in Biliofa arthritide datos, adhibeantur ut exempli gratia. \mathcal{R} opij castorei \mathfrak{z} . i. croci \mathfrak{z} . 5. uniantur cum aqua. Item opij \mathfrak{z} . 5. croci \mathfrak{z} . i. 5. puluerisentur & cum uittellis ouorum & oleo rosaceo fiat Emplastrum. Item radix Iusquiani albi cocta sub cineribus calidis & pistata cum oleo chamomelino multum confert.

IN augmento si dolor sit fortis fiant cataplasmata ex Eruo, lolio, foenugræco, sem: lini, ciceribus, radice aristolochiæ, centaureæ, Gentianæ, pæoniæ, Bryoniæ radice & fructu, coma maioranæ, Artemisiæ, abrotani, Adianto, uitice, lauro, pulegio, menta, Brassica, sylimbrionis, serpillo filice fœniculo, Eruca, & alijs saporis acris, amari uel salsi, præcipue cum nullus adest ardor sed potius refrigeratio. Prodest & prassium cum aqua marina. Item \mathcal{R} Muccaginis sem: lini, foenugræci, olei sesami

ni, rosacci & croci quantum de singulis uolueris & misceantur. Fac simi-
liter emplastrum ex farina hordei fœnugraci, oleo chamomelino & cro-
co, Item & foliorum artemisiæ & duo folia hederæ contundantur cū aceto
fiatque Emplastrū. In processu ualet Emplastrum de Caulibus .i. Brassica
& apio, Fiat item Emplastrū ex cinere rad: Caulis cum adipe anseris uel
anatis uel Gallinæ & oleo chamomelino, Itē & rasuræ cornu ceruini quā-
tum uis, bulliat in uino albo & Emplastri modo imponatur. Optime sedat
& dolores Emplastrū de meliloto. Cōuenienter & utuntur stercore bubu-
lo cū farina hordeacea in aqua mulsā cocto uel recenti per se cū folijs bras-
sicæ imposito. Fiat item fomentū ex floribus chamæmeli, meliloto, aneto,
rosis, uiolis, fœnugraco, sem lini, decoctis in aqua cū modico aceti. Et pro-
pe statum. confert hoc. & saluæ, muccaginis sem: lini Butyri pinguedinis
anatis, olei masticini, olibani, ceræ quantum de unoquoque libuerit fiat-
que unguentum, inspergatur puluis Baccarum lauri, sauinæ, Rosmarini,
Imponatur item Brassica uiridis, apium, conyza, & uerbenaca recta,
Vbi dolor sit uehementior. & farine fœnugraci ℥ i. s. farine lilij ℥ .s.
& cum aqua mulsā uel uino tenui & modico cyprino aut nardino maxi-
me hyeme, cataplasmatibus more, inducatur. Aliud mitigatorium doloris,
& Medullæ panis infusæ in decoctione chamomillæ, absynthij, maioranæ
chamæpitheos pistetur in mortario & adde medullæ cassiæ no: tractæ
℥ .i. uitellum unius oui, olei chamomelini ℥ i. croci ℥ .s. Misce fiat
Emplastrum. Aliud, & pingued: taxi, felis syluest. Vulpis añ ℥ .i. olei
chamomelini uulpini añ .℥ s. liquefiant pinguedines addantur olea &
cum cera q. s. fiat unguentum. Item & olei laurini, Irimi, añ ℥ , i. adipis
suilli ueteris, Butyri, añ ℥ iij medullæ ceruinæ ℥ ij. s. Terebinthinae ℥ .
s. Galbani in aceto dissoluti ℥ .i. Hyssopi, rad: altheæ sem. fœnugraci
añ ℥ .ij. ceræ q. s. fiat unguentum. Item & saram decoque in ipsa fur-
fures ad spissitudinem Emplastri & adde uitellum oui, salis parum, farine
cicerum, q. s. fiat Emplastrum. Valet & Embrocatio decoctionis cau-
lium. Item radix altheæ cum adipe anseris uel alterius auis. Item Embro-
catio ex decocto Maioranæ, Anethi, folijs lauri, ruta & cymino.

55

IN statu fiat unguentum ex oleo sesamino, laurino storace, mucca-
gine fœnugræci & Bdellio. Item ꝛ olei Anetini ꝛ i. aquæ uitæ ꝛ. s. uel
eius loco umi maluatici ꝛ. i. uitellum oui unum, croci ꝛ. s. permisceto
& utere, Similia suo Marte quilibet poterit excogitare & ex præceden-
tibus congrue ea iam commiscens ex sequentibus colligere.

Declinationi huius morbi pure resolutiua essent admouenda, nisi
timeretur materiei in poros concretio seu ut quidam uocant petrificatio,
quare mollificantia semper resoluentibus sunt admiscenda prout expedire
uidebitur. Quædam igitur ipsorum mollificando & leniendo resoluunt,
ut adeps anseris ursi, anatis, uulpis, leonis & animalium rapacium me-
dulla cruris uituli, cerui, asini, oesypus humida muccago sem: lini fœnu-
græci, altheæ, oleum uulpinum, de lilio, fortiora sunt, de castoreo, costo,
centaurea, Mastice, Rheubarbaro, nuce indica, granis citri. Quædam
materiam liquefaciunt ut crocus, melilotum, anisum, aloë, mastix, Ireos,
stachas, & ex iam enumeratis possunt fieri olea, unguenta, Emplastra, ca-
taplasmata Embrochæ & c. moderabuntur pro magnitudine & natura
conditioneque morbi, a lenioribus semper inchoando, composita sunt. ꝛ
aristolochiæ longæ Baccarum lauri, Gentianæ Bituminis Iudaici añ ꝛ. v.
Ammoniæ, aloës, Myrrha, añ ꝛ ij. s. cum decocto doronici fiat Em-
plastrum, & cum remouetur abluatur locus decocto chamomillæ melilo-
ti, aneti, centaurei, trifolij. Linimentum bonum. ꝛ Myrrha ꝛ iij aloës
ꝛ ij croci ꝛ. i. foliorum lauri ꝛ. v. costi, aristolochiæ mundæ añ ꝛ ij te-
rantur & conficiantur cum uino et oleo nucis Indicæ, Fricetur item locus
cum fimo columbino uel stercore uaccino, aut pauonis, confert & stercus
ciconiæ cum adipe porci. Item Euphorbium cum oleo liliaceo, uel cum
cera & oleo. Aliud ualidum ad ampliores perfectiones, & intollera-
biles ex his dolores infarctusq; ꝛ. olei ueteris ꝛ viij cera, nitri Alexan-
drini, Terebinthinæ añ ꝛ. s. Euphorbij ꝛ. s. Iridis Illiricæ ꝛ. i. farinæ
fœnugræci sextarij partes tres, Misc. Confert item ad resolutionem fi-
mus caprinus puluerisatus ex melle acetoque coctus & impositus. Item
fel ursinum infricatum, Adeps item uulturis cum felle eiusdem illinitur.
Item, iecur eius calefactum tritum & cum axungia impositum.

Item,

Item Beta & ficus pari mensura trita imposita. Item radix Meu trita applicata, Item Emplastrum ex melissa. Item radix narcissi cum melle. Item castoreum inunctum, Item urina animalium maxime caprae domesticae, Item limaciae cum testis tritae & cum farina hordei uel polentae impositae, donec per se cadant, fortiter enim exiccant. Prodest & cannabis filata in lixiuio cocta, & calida superposita. Item \mathbb{R} . cere Adipis suilli ueteris, Resinae pinus siccae, Terebinthinae liquidae \mathfrak{z} . 5. olei cyprini laurini, oesypi humidae, Butyri \mathfrak{z} . vi. Galbani medullae ceruinae \mathfrak{z} . ij. Misce Aliud. \mathbb{R} . colophoniae resinae pinus \mathfrak{z} . vi. Terebinthinae \mathfrak{z} . i. pulueris foenugraeci \mathfrak{z} . 5. Vnguenti cyprini q. s. liquatis liquabilibus foenugraecum inspergito. Aliud \mathbb{R} . cere adipis porcini, colophoniae, resinae pinus \mathfrak{z} . iij Butyri Terebinthinae \mathfrak{z} . 5. Galbani \mathfrak{z} . 5. adipis tauri \mathfrak{z} . iij oesypi \mathfrak{z} . i. 5. liquefac, percola, & adserua, usus tempore dissolutum nardino linteolo excipe. Aliud admirabile, \mathbb{R} . cere \mathfrak{z} . i. 5. \mathfrak{z} . 5. rosacei \mathfrak{z} . iij: i. foliorum syderitidis tenerorum \mathfrak{z} . i. 5. \mathfrak{z} . 5. styracis \mathfrak{z} . ij. 5. Thuris, nitri \mathfrak{z} . i. 5. Mannae \mathfrak{z} . x. liquefacta cum reliquis tritis unito. Item \mathbb{R} . uini ueteris sextarium in quo maceretur per triduum lanarum succidarum ex locis sub alis \mathbb{W} . i. & in horum expresso dissoluatur spuma nitri tenuissime trita \mathbb{W} . i. addendo olei \mathbb{W} . ij. Misce repositaq; in uase uitreo quotidie agitato, & locos affectos, a somno, ante & post balneum a coena illimito. Laudatur & unguentum Orchestae saltatoris descriptum ab Aetio, Aliud \mathbb{R} . storacis pinguis, ladani, mastiches \mathfrak{z} . i. 5. cere \mathfrak{z} . ij, olei sycionei \mathfrak{z} . iij Adipis anseris \mathfrak{z} . i. 5. Misce. Aliud \mathbb{R} . Baccharum lauri nu: xiiij foenugraeci. \mathfrak{z} . i. 5. pilularum cupressi nu: iij. 5. sauiuae \mathfrak{z} . i. 5. Rosmarini, olei dulcis ac ueteris, cere, resinae pinus, \mathfrak{z} . i. 5. Terebinthinae \mathfrak{z} . vi. succi hederæ \mathfrak{z} . 5. aquae \mathfrak{z} . x. herbas contusas per triduum in aqua macerato, deinde adiecto oleo sufficienter coquito, percolato, & liquecibilia liquata affundito & hederæ succum cum aceto diluito, refrigeratis deinde liquefactis omnibusq; in mortarium fuis diligenter unito. Aliud, Adipis hircini \mathbb{W} . i. foliorum heliotropij magni uiridium \mathbb{W} . 5. ouorum assatorum lutea ij. 5. rosacei optimi \mathfrak{z} . ij. misceto.

Conducit

57
Conducit & his oleum uulpinum nostrum, & oleum hyenæ, Item Eryna-
cei terrestris. Item Caniculam paruam probe saginatam uiuam & muste-
lam uiuam in olei sextarios nouem conijcito, & Butyri ℥ iij addito atq;
donec uieta fiant animalia coquito, deinde in percolato oleo membra af-
secta foucto. Item ℞ cera ℥ i. s. Terebinthina tantundem, spumæ nitri
thuris, Floris lapidis Asij ℥. vi. olei cyprini ℥ i. s. lixiuij pileariorum
q. s. terenda trita cribrentur & liquatis liquecibilibus admisceantur. Co-
quatur item mustela in oleo & addita cera fiat cerotum. Item cui sceretur
catulus lactens, excorietur, inque partes diuidatur paruas, coquaturque
cum ruta & sabina in uino, & pinguedo refrigerato decocto innatans
colligatur & illinatur. Item ℞ spumæ argenti ℥ i. s. olei ueteris ℥ iij.
coquito ad compagem, Prodest & hoc balneum resolutiuum & conforta-
tiuum iuncturarum. ℞ chamæpitheos primulæ ueris, pulegij calamenti,
absynthij añ M. i. rosarum rub: hypocisthidos añ M. s. bulliant in uino
rubeo cum pauca aqua, ad consumptionem medietatis fomentetur cum
eo membrū, q; postmodum abstersum sequenti oleo inungatur. ℞ olei lateri-
cij, lupini, masticini añ ℥. s. Misc. Laudantur & aquæ Thermales, sul-
phureæ, aluminosæ, nitrosæ, & Balnea sicca cum fricatione ex nitro &
sale. Conducit & sepeliri in arena calida. Vel fiant Balnea artificialia, ex
stoechade saluia chamomilla, pede coruino, prassio, Inde, abrotano, apio,
origano, urtica, folijs sambuci, rad: Ebuli, Ruta, aneto, maiorana, folijs
lauri, cymino, quidam membra collocant in mustum feruens aut ebulliens,
alij in decoctionem Vulpis cum lupinis mergunt, possunt & ex dictis sim-
plicibus fieri Embrocationes fomenta suffumigia &c. Preparatur & fo-
mentum utile ex decocto Thymi, origani, satureiæ, calaminthæ montanæ
coctis in aceto. Item ex folijs raphani uel ipsa per se imposita, Vtilis
& est scylla diuersimode administrata. Item ℞ picis ℥. i. mellis ℥ iij
mixta illinantur, Aliqui egros decocto Vulpis insidere iubent, uel leporis,
Faba contusa cum adipe porcino imponitur. Stercus item caprarum, ca-
meli, uel columbarum syluestrium cum aceto. Resoluunt similiter Empla-
strum de cinere cyclaminis cum aceto & melle, Item oleum de costo cum
storace

storace aut Aſa. Inungatur etiam cum fellibus uaccinis, coctis in urina pa-
 tientis, Aliud reſolutiuum optimum præcipue cum materie ſunt in pro-
 fundo. ℞. olei de rad: cucumeris Aſinini, de ſerpentibus, ueſpertilionibus,
 Vulpe, de hedera & lanceola, medullæ cerui & uituli, fellis uaccini añ
 partes æquales, olei Terebinthinæ, de lateribus añ partem dimidiam, aquæ
 uitæ (i. uini ardentis) ſextam partem unius, miſceantur omnia & adde
 ceræ q. ſ. fiatq; unguentum. Aliud optimum. ℞. ſcyllæ, rutæ, Agrimonie,
 ſabinæ, abſynthij, ſaluie, Roſmarini, rad: urticæ, Ebuli altheæ omnium
 uiridium, rubæ tinctorum, ſcœnugræci añ ℥. i. olei ueteris, aquæ marinæ añ
 ℥. ij. coque ad aquæ conſumptionem & cola fortiterque exprime & ex-
 preſſo adde ceræ ℥. ij. axungie uulpis uel urſi aut anatis, ℥. ij. Nitri ſul-
 phuris, Euphorbij, baccarum lauri, Ellebori nigri, caſtorei añ ℥. ij. agi-
 tando bene commiſce, & adde Galbani, Terebinthinæ, armoniaci, opopo-
 naci, ſerapini, Gummi hederæ, Myrrhæ añ ℥. ij. beneque miſceantur ad-
 inuicem, Ego multos iuui hoc Emplaſtro, quo & Neapolitani utuntur.
 ℞. foliorum Roſmarini, abſynthij, añ M. ſ. farine ſiliginis ℥. i. ſtercoris
 caprini ℥. ſ. Mellis ℥. ſ. coquantur & cum uino albo redigantur in
 formam Emplaſtri liquidioris, & ſuperpoſitum per triduum non ſolu-
 tur: Neapolitani per octiduum in loco dimittunt ut nona ſanitatem recipi-
 ant. Epithema etiam ex uino decoctionis Bryoniæ uel radice cucumeris
 aſinini multum ualet. Reſoluunt etiam penetrando in profundum, aqua
 uitæ, oleum Terebinthinum & philoſophorum, de Ranis, Baſaminum
 quod in localibus podagræ deſcribetur, oleum rad: cucumeris Aſinini,
 de laureola, de Been, de hedera, colocynthide, piperibus, Euphorbio, ſi-
 napi, ſemine lini. calamento, lumbricis, & oleum antiquum in quo cocta
 ſit uipera cum ruta, Item oleum chamomillæ in quo diſſolutum ſit diachy-
 lon. Item oleum de caſtoreo, uulpinum commune & etiam noſtrum cuius
 deſcriptio ſub ſciatica dabitur. A propietate etiam occulta prodeſſe cre-
 duntur oleum ſerpentum. Veſpertilionum & Hermodactylus impoſitus
 nõ tamen frequenter. Radices item cicutæ in poſca coctæ, fiſſæ quæ per me-
 dium & impoſitæ. Item oleum ex muſtela mortua cum cera inunctum,
 idem promittit oleum in quo ſit cocta uipera.

Vbi hætenus enumerata remedia nihil profecerint, confugiendum ad

vesicantia, rubrificantia, & quae materiam ex profundo ad superficiem trahant, non tamen sola admouenda, sed cum lenientibus & mollificantibus, alias enim suo calore materias in lapides (poros dictos) conuertent. Mitiora ergo ex ipsis sunt carica, mel, lentiscus, abrotanum, apium syluestre, calamentum, aristolochia, ruta cum melle, Fortiora, urtica, nasturtium, ruta syluestris, ammoniacum, Galbanum, Euphorbium, Resina Terebinthina, costus, castoreum, Item quae uescas trahendo resolunt, ut caepe, allium, lac ficus, mel anacardinum, sapo, fermentum, frictio cum urtica, Adurentia insuper & exulcerantia, ut colcotar, atramentum. Staphisagria, squilla, uernix pini, uel etiam his robustiora, cantharides, Thapsia. Et composita sequentia, r. stercus columborum syluestrium & semen nasturtij mixtaq; superponantur. Aliud comburens, r. Nasturtij, pyrethri, rad capparis añ, confice cum lixiuio cineris ficus & superligatum teneatur donec comburat, Item Emplastretur locus cum sinapi & ficibus mixtis: uel superponatur Emplastrum ex Euphorbio cum oleo uetusto, ammoniaco, Bdellio, Galbano, castoreo, nitro & adipe anantino, uel Euphorbium cum oleo liliaceo, Multum etiam commendatur puluis Isotheos, Aesculapius uel Indus, promittuntq; quod si quis perpetuo eo utatur, a doloribus, de quibus agitur, non corripitur, ruborem autem uehementem in cute excitat, humores prauos uitiosos impactos & ferinos digerens cuius compositio melior haec est, r. Baccarum lauri, nistri Alexandrini, salis fricti, salis cappadocici, Ammoniacci, Thymiamatis, aphronitri, pumicis añ ʒ. ʒ. 5. ueratri nigri, herbae lanariae, pyrethri, seculae. i. fecis uini uste, staphidis syluestris, sinapi, cyperi, alumini scissi, floris Iunci odorati, Indij, Gallarum añ ʒ ij. sampsuchi ʒ. ʒ. 5. sem:uiticis, pulegij, farinae fabaceae, lupinorum añ ʒ. ij. chamaeleonis nigri, sulphuris, Gummi, Thuris, piperis, rad: cucumeris syluestris, marubij, cimoliae, peoniae, teste sepiae, foenugraei, folij, costi, cumini, Euphorbij, spicaenardi añ ʒ. i. Misce fiat puluis, usus eius est in balneo cum iam sudare inceperint. Hucusq; dicta pene omnia ubi imposta fuerunt primo calefaciunt, attenuant, postmodum etiam attrahunt ex profundo & diutius immorantia rubificant locum, & si non auferantur, uescas trahunt, si nec tum, exulcerant,

I 2 alia



alia tempore breuiori utpote robustiora, alia longiori utpote debiliora, Sciatis tamen uescas ab ipsis eleuatas aperiendas esse, locumq; aqua tepida abluendum ut cesset dolor, Butyroque illito cepae contritae imponantur ne consolidetur, quo enim diutius aperta tenentur uesciae, eo melius, ut humor possit emanare, caueatq; uescatus ne frigus locum affectum tangat.

Cauteria praerogatiuam in pituitosa arthritide tenent, canones quomodo applicari aut inuri debeant in uniuersalibus supra de ipsis datis regulis inuenies, locum autem certum & determinatum usui eorundem describere, ob circumstantiarum diuersitatem & uarietatem non possumus, sit autem quicumq; uelit, ex particularibus infra curationibus tibi manifestabitur. Vix enim simul omnes iuncturas inures. Commodior tamen secundum meliorem opinionem locus cauteriorum est in pituitosa arthritide sub genibus, etiamsi omnes iuncturae laborent, diuertit enim ab omnibus reliquis superioribus & materiei exitum praebet quopactum autem, quibus instrumentis, quo in loco, operatio perfici debeat praecipue, sub cura podagrae pituitosae pertractetur.

DE ARTHRITIDIS MELANCHOLICAE CVRA, CAP. IX.

Raro haec differentia conspicitur iuxta prognosticum, si tamen accidat, dieta ipsorum qui sic laborant esse debet ad caliditatem & humiditatem declinans, fugiendo omnia exiccantia, materias sponte quilibet reperire potest ne libellus in Volumen excrescat.

Venam quidam in principio secare iubent cum humor sanguini mixtus fuerit, & eger natura melancholicus. Miror ego Medicos quosdam nostri temporis qui in omnibus fere morbis uenam scindunt, contrarij prorsus Erasistroteis, & haemochares appellandi, utrum autem sit aperienda & quae natura aegri & morbi, abundantis humoris quantitas & qualitas & reliqua uenae sectionem suadentia indicabunt.

Humor praeterea hic & preparatorijs indiget Medicamentis ex sua

61

sua natura, unde non incommode sequens potus aliquot vicibus exhibetur.
 ꝛ succi Boraginis, Buglosi, fumiterræ, scabiosæ, Melissæ, Lapatij acuti
 añ ʒ ij. chamæpitheos, saluæ, origani calamenti añ ʒ i. mellis rosacei
 ℥ i. fiat arte syrupus. Item ꝛ Thymi chamædreos ceterach, rad: pæo=
 niæ, Bryoniæ, añ ʒ. s. Maioranæ, Buglosi, florum Rosmarini, calamen=
 ti, polij, cuscute añ ʒ i. Radicum petroselini fœniculi brusci asparagi.
 Apij, Buglosi, Gariophilatæ añ ʒ i. s. polipodij ʒ. ij. infundantur per
 diem naturalem in s. q. aquæ communis, coquantur, deinde lege artis coler=
 tur ꝛ cum melle q. s. fiat syrupus, acetosetur cum aceto squillitico et arc=
 matisetur cum nuce moschata, cubebis, cinamomo, ꝛ croco, dantur ʒ ij
 cum aquis apropiatis. Purgentur deinde cum Hiera Ruffi, Myrabola=
 nis Indis, chebulis ꝛ belliricis, Epithymo, polipodio, helleboro nigro,
 pillulis ex lapide armeno, ꝛ sequentibus ꝛ. Epithymi, foliorum senæ, la=
 pidis lasuli loti añ ʒ. i. chamæpitheos, chamedreos, sem: fœniculi, Cymi=
 ni, Ellebori albi, elaterij añ ʒ. s. polipodij, stæchados, Bryoniæ, salis Indi
 Agarici, Myrabola: Indorum, chebulorum añ ʒ. ij. Gariophilorum
 croci añ ʒ. s. conficiantur cum infusione hellebori nigri pilulæ, dosis e=
 orum ʒ. s. usq; ad ʒ. i. s. Item ꝛ foliorum senæ ʒ. iij polipodij quer=
 ʒ iij Epithymi cartami contusi añ ʒ. ij. contusa coquantur in ʒ. x. aquæ
 communis donec cadat medietas, coletur in colatura dissoluantur Diasenæ
 ʒ vi. Diaphœniconis ʒ. ij. Agarici tro: ʒ i. s. misce fiat haustus. Item
 ꝛ foliorum senæ, Myrabolanorum citrinorum Indorum añ ʒ iij polipo=
 dij quer: Epithymi añ ʒ ij. s. coquatur in ʒ. x. aquæ communis donec ab=
 sumatur medietas, coletur, in collatura dissolue Diasenæ ʒ. i. confectionis
 hamech ʒ. ij. s. Misce fiat haustus, consimiles potiones purgatorias qui=
 libet suo iudicio prout necessitas postularit conficiet.

Vomitus raro uel nuncquam in hac affectione prouocari solet pro=
 pter aphorismum Hippo: Melancholicos plenius per inferiora ꝛc. quo=
 niam hic humor sua natura declinat ad inferiora unde ꝛ eo quo uergit
 utpote locum conuenientem educendus.

Clysteres etiam humores atros extrahentes non extra propositum,

cum necessitas postularit iniicies. Diureticis item alijs non indigemus
lien tamen ipsis rectificandus & corpus humectandum abintus & ab ex=
tra.

Ad localia nunc conuertemur, debent ergo in principio medica=
menta apocrustica misceri cum leniter calefacientibus, ex folijs Terebin=
thi, cupressi, rad: cyperi &c. Item ꝛ aceti uini, olei cheirini liliacei añ
ꝛ i. ladani, cera, añ ꝛ. i. misce fiat unguentum. In augmento ꝛ. rad: Al=
thee ꝛ. i. florum chamomilla, sem: Aneti, lini, añ ꝛ ij. bulliant contusa
bene in lixiuio, & adde unguenti dialthee ꝛ. i. Misce. Item, ꝛ. lac ca=
prinum recens emulctum, misceatur cum mucagine foenugraeci, oleo sesa=
mino, uitellis ouorum & croco.

In statu illinantur cum Ammoniaco, Bdellio dissolutis in aceto, per=
mixtis deinde cū mucagine foenugraeci, medulla cruris uituli, oesypo hu=
mida & cera.

In Declinatione resolutiua non debent esse multum sicca, sed quæ
calefaciant mediocriter, emolliant & resoluant, parte affecta cum aqua
calida prius somentata, ut sunt atriplex syluestris, Bdellium, caepe. Item
inungatur pars cum oleo rad: cucumeris asinini, medulla cruris uituli &
cerui. Conueniunt & radix cyclaminis, Bryoniae, raphani, lauri folia
mollia, pastinaca, cannabis, sinapi, nasturtium, coniza, Brassica, Iris, ocy=
num, sed tamen hæc per se sola robusta nimium sunt & exiccantia quare
temperabuntur pro arbitrio utentis cum farinis, adipibus Gallinae, anatis,
anseris, Butyro, oesypo. &c. Laudatur & Emplastrum Isis dictum, etiam
per interualla cum dolor non adest, corax, pastillus Andronius, Muse,
ex centaureis, & lanis succidis, dissoluti cum uino dulci, licet magis ad
curam præseruatiuam hæc postremo dicta referenda sint.

Commendantur & frictions discussorie, uniuersi corporis, excep=
tis partibus affectis, tum per interualla, tum tempore accessionum, uehe=
mentius & diutius factæ, maxime si non fuerint bene præuacuatæ.

ARTHRITIDIS EX HUMORIBVS, MIXTIS CVRA, CAP: X.

RIBVS, MIXTIS CVRA, CAP: X.

HActenus qua potuimus breuitate & diligentia dedimus morbi articularis, ortū ex quatuor simplicibus humoribus corporis nostri habentis, curam, ex qua quilibet non admodum stupidi, rotundi & obtusi ingenij, eius qui ex ipsorum mixtura (quonia raro simplices) conflatur, sanationem exiguo labore sibi comparare posset, prout humores mixti fuerint & hic uel alter in mixtura praeualuerit, ad reliquaq; necessaria respiciens, medicamenta dicta miscendo & temperando ut proportione debita causae mali resistent. Tamen quia aliqua peculiaris a diuersis autoribus nostro instituto utilia ponuntur, & ego arthritidis ex humoribus mixtis curam hoc loco inferendam non incongruum duxi, Tota autem curatiua intentio, mixtionis humorum uarietatem exquisitè & diligenter examinet, Nos uniuersalia tantum .i. communia trademus omnibus combinationibus si tamen distincta & definita cōiugationi quid proprium erit, titulus praemissus aperiet.

Victus igitur ipsorum qui ex fluxione mixta laborant, esse debet adaequatus miscellae materierum, sumant tamen in genere cibos attenuantes parumque nutrientes, quidam ad crassiciem in qualitate ipsum tendere uolunt, quo humoris fluxus in articulos inhibeatur, A carnibus & leguminibus abstineant, a uino item copiosiore, si fieri possit in totum arcendi, nam plurimi eo non utentes, si non omnino conualuerunt, maximum tamen iuuamentum inde perceperunt, bibant eius loco decoctum Anisi, aut similis alicuius seminis, a pomis & fructibus abstineant, reliquisq; refrigerantibus & usu ueneris.

Humores mixti in Venis phlebotomiam desiderant, animaduerte tamen ne absq; ratione, & bono mixturae intellectu, ea utaris, nam alias ex una specie seu differentia morbus uniuersalis, & ex leui malo magnum ut infra dicitur orietur. Purgantia Medicamenta sicut nec reliqua quae uel intra corpus assumantur, uel extra adhibentur, exquisitè definiiri possunt, quod

(quod & de sequentibus semel dictum sit, ne idem saepius enumerare cogamur) mixturarum tamen communiter euenientium remedia annectemus, tu tuo Marte materierum simplicium & compositarum unicuique humori appropriatarum memoriam retinens, eas commode per respectus debitos moderare & temperare poteris. In materia ergo mixta ex cholera & phlegmate, hoc tamem superante, talis exhibeatur potus digestiuus. *℞.* Origani, polij, calamenti, betonicae, hyssopi, Thymi chamæpitheos, chamædryos, capillorum ueneris, Endiuiæ, cuscute, cichoreæ, scariolæ, lactucæ, solatri, Boraginis, Buglosi, liquiritiæ añ ʒ. ij. rad: peoniae aco-
 ri, Eryngij, añ ʒ. i. passularum enucleatarum, hordei mundi, sem: commu-
 nium frigidorum añ ʒ. ij. infundantur per 24. horas in s. q. aquæ com-
 munis, coquantur deinde, fiatq; cum sacharo q. s. syrupus, acetosetur cum
 pauco aceto Cytoniorum, Dosis ʒ. ij. cum aquis appropriatis. Alius in
 eadem mixtione cholera tamen prædominante, *℞.* rad: foeniculi, apij, pe-
 troselini, Endiuiæ scariolæ, cichoreæ, Buglosi, secacul, añ ʒ. i. capillo-
 rum ueneris, rostri porcini, portulacæ, lactucæ añ M. i. lupulorum, sal-
 uie syluest: añ M. 5. sem foeniculi, ameos, Endiuiæ, sem: communium fri-
 gidorum. Hordei mundi añ ʒ. i. Infundantur, coquantur deinceps & se-
 cundum artem fiat syrupus cum sacharo. Alius potus digestiuus in mixti-
 one cholerae & melancholie. *℞.* Thymi, melissæ, Boraginis, Buglosi, fu-
 miterræ, lupulorum, scariolæ, rostri porcini, Endiuiæ, lactucæ, chamæ-
 pitheos, chamædreos, sticados, polipodij añ M. i. passularum, hordei
 mundi, sem: communium frigidorum añ ʒ. i. florum Rosmarini, chamo-
 millæ uiolarum añ ʒ. ij. liquiritiæ, peoniae añ ʒ. i. 5. fiat cum sacharo
 syrupus. Alius in materia adusta, *℞.* fumiterræ, scabiosæ, lupuli, capil-
 lorum ueneris, acetosæ, ceterach, cichorij, endiuiæ añ M. i. florum Bo-
 raginis, Buglosi, Violarum, Rosmarini, cuscute añ ʒ. iij Rad: Eryngij,
 Buglosi, foeniculi, apij, añ ʒ. i. 5. Infundantur per 24. horas in s. q. a-
 quæ communis, coquantur ad sufficientiam, colentur & cum saccaro albo
 q. s. fiat syrupus, Si esset cholera adusta addantur sem: quatuor frigida
 communia, sem: papaueris albi & similia. Electuarium digestiuum ma-
 terierum

56

terierum phlegmaticarum & cholericarum confortans membra, & con-
seruæ, herbe Iuæ .i. chamæpitheos quæ fiat ex herba illacum melle ali-
quandiu asservata. ℞ .i. s. conseruæ herbe paralysis ℥ viij. spicanardi
Gariophyllorum, piperis longi, nucis moscata, zinz. liquiritiæ rase, añ
℥ .i. chamæpitheos, stæchados arabici, Maiorana, saluiæ, florum anthos
rad: acori añ ℥ .ij. Mistis omnibus formetur Electuarium. Ex frigidis ta-
men seminibus & herbis quædam admiscenda, ubi in cholera præparatio-
ne ipso uti uolueris. Datur de ipso ℥ .s. tempore frigido quotidie, ca-
lido uero semel in septimana, perq; tres horas ab eius assumptione ie-
iunus maneat.

Facta humorum præparatione, per medicamenta purgantia con-
uenientia educantur, diuersæ autem habentur apud autores in materierum
mixtarum educatione intentiones, quas omnes libenter præterco, monitum
saltem uelim lectorem: ut simplicium materierum remedia diligenter co-
gnita habeat, per eorum enim perfectam & exquisitam considerationem,
nec in compositis confusisq; decipietur, raro enim uel potius nunq; arthri-
tis ex uno humore solo fit, unde tancq; regula & norma, quæ de simplicibus
humoribus dicta sunt in cura mixtorum habeantur, dabimus tamen hic
purgantia medicamenta humores mixtos educentia, Vt, ℞. Hermodactylo-
rum, Turbith, Agarici añ ℥ .i. s. cassiæ lignæ, Gariophilorum, carpo-
balsami Xyloaloes, Macis, zinz. Galangæ, masticis, Marathri, Anisi,
Saxifragiæ Milij solis, sem: Rusci, asparagi, Ari, salis gemmæ, añ ℥ .i.
Aloës ad pondus omnium, Diagridij ℥ .s. confice cum succo ari uel fœ-
niculi, formenturq; pilulæ. Item ℞ colocynthidos, diagridij, serapini
hermodactylorum, salis Gemmæ, Iuæ arthriticæ, añ partes æquales, A-
loës Epatici ad pondus omnium. Formentur cum succo rutæ, uel syrupo
de stæchade pilulæ, Dantur a ℥ .s. usq; ad ℥ .i. s. Aliæ pilulæ ad mate-
riam mixtam ex bile & pituita. Quoniam hæc mixtura frequentior est,
℞ Myrab: citrinorum ℥ iij Rhabarbari ℥ .i. Agarici ℥ .s. Electuarij
de succo rosarum ℥ iij Maceris, Gariophilorum añ ℥ .i. Turbith ℥ .i.
chamæpitheos, stæchados añ ℥ .s. trita conficiantur cum syrupo de stæ-
chade.

K

chade.

chade. Aliæ, r. Turbith albi & electi, Aloës succotrimi, corticum myra-
bolanorum citrimorum añ 3. 5. Rosarum, zinz. añ 3. 5. salis gemmae, pi-
peris longi añ ob 1. 5. croci gr. vij. conficiantur cum electuario de succo
rosarum, dosis ℥. 1. usq; ad 3. 1. Aliæ conuenientes præcipue in morbi
remissione. r. aloës ℥. iij. Agarici, croci añ 3. ij. spica, Iunci odorati,
carpobalsami, cassia, añ 3. 5. scammonij ℥. 1. Epithymi ℥. 1. 5. formen-
tur cum syrupo de stæchade pilulæ, dantur de ipsis ℥. ij. & ℥. iij. Ele-
ctuarium purgans choleram & phlegma, r. Cinamomi electi 3. ij. Ga-
riophilorum, Nucis moschatae, Galangæ, folij añ 3. 1. ℥. 1. Turbith Gu-
mosi 3. vi. specierum electuarij de succo rosa: 3. 1. saccari albissimi ℥. 1.
aque polipodij ℥. 1. Misceantur fiatq; Electuarium, datur à 3. iij usq; ad
3. 5. temporibus frigidis bis in mense, calidis semel, habito respectu ad ui-
tam & uirtutis consuetudinem.

Enemata, Diuretica, & uomitum prouocantia Medicus ipse ex supra-
positis eligat, quia respectus omnes, quãdo hoc uel illud conueniat in mor-
bo mixto, determinate explicari non possunt, idem etiam de alijs Medica-
mentis quæ ad intra exhibentur sit dictum, datur tamen, ad annum, secun-
dum supra nominatos canones sequens Antidotus. r. spicænardis, Myr-
rhæ Trogloditicae, Anagallidis foeminae, rad: pæoniae añ 3. 1. cassia, cro-
ci, Meu, folij, mastiches, asari, Erythrodani añ 3. 5. Damasonij, Aristo-
lochiae, rotundæ & longæ añ 3. ij. Gariophilorum, phu, añ 3. ij. Aloës
Hepatici ℥. iij. Misce, Dabis de ipso ad arbitrium.

Localia, etsi easdem, quas ea quæ bibuntur, uel corpori immittuntur
considerationes requirant, Dominium enim in mixtione humori habenti
medicamentorum maior quantitas & qualitas attribui debet, ut si cholera
esset mixta pituita, hæcque illam superaret, calida seu pituita conuenien-
tia, frigida bili destinata præcellere in compositione debent & sic de cete-
ris, Conueniunt tamen & hæc indifferenter in principio paroxysmi r.
Malicorij, Rhois, polentæ añ terantur in uino & imponantur. Item folijs
Brassicæ, probe coctis, tritisq; fecem aceti adijcito & ouorum uitellos du-
os rosacei parum & tritis imponito assidue permutando. Foenugræcum
item.

67

Item subtiliter teratur, misceatur cum aceto & melle, coquanturq; ad spissitudinem eoque Emplastretur locus & per triduum dimittatur, quod ubi exaruerit humectetur oleo rosaceo. Item ꝛ Acatia, Myrrhae añ partes æquales, uniantur cum aqua Myrti aut foliorum cupressi, secundum prædominantem materiam, Item ꝛ Aloës, Myrrhae, licij, Acatia, Gallarum añ partes æquales Misceantur cū materia aliqua superanti humori appropriata, Item ꝛ. sem: psyllij ꝛ iiij aquæ q. s. coquantur usq; dum uiscosum fiat, exprimantur deinde per pannum & adde ceræ ꝛ iiij olei communis ꝛ. vi. misce donec condensentur. Item si humor calidus frigidum uincat, fiat unguentum ex oleo rosato, Myrtino, Masticino, dissoluendo in ipsi licium, Myrrham, acatiam, Si uero frigidus calidum, ex oleo Masticino, absynthino, Myrteo uel chamomelino, in quibus dissoluatur Myrrha, Aloë, crocus & acatia.

In Augmento ꝛ. pinguedinis anatis, Gallinae, olei sesamini, rosacei, Laurini, adipis Ardeæ, Butyri recentis, lactis muliebris, añ q. V. & fiat linimentum. In statu pro uarietate humorum etiam & medicamenta ad simplices humores dicta misceantur.

IN declinatione ad resolutionem superflui, confert singulariter pinguedo catuli uel canis, quæ quomodo colligatur in pituitosa arthritide audiuitis. Item Emplastrum factum ex corticibus rad: ulmi, cum uino. Item suffumigium factum ex decocto ruta, saluia, maiorana, Rosmarini, praslij, calamenti & polij, & ubi deterfus fuerit locus inungatur unguento Agrippæ. Deplumetur etiam pullus ciconiæ & frustatim incisus, bulliat in ℥. i. olei dulcis uel sesamini, & addatur medulla uulturis & asini bulliatq; ad perfectam cocturam colatisq; utere. Aliud expertum. ꝛ. olei Laurini ꝛ ij. Adipis ursi, Anatis, Gallinae añ ꝛ, i. Bdellij, Armoniacci dissolutorum in aceto añ ꝛ. s. Ireos, florum uiolarum citrinarum añ ꝛ. ij. Misceatur. Medulla cerui cū oleo Irino, Laurino & croco, mixta sufficienter prodest. Valet & hoc medicamentū maxime prædomināte materia frigida ꝛ. Terebinthina ℥. i. opopanacis, Galbani, serapini, añ ꝛ. s. Granorū Iuniperi, M. ij. Ammoniacci Thymiamatis ℥. i. mittatur in Boccia. i. recipies magnū, uitreū, nō lutatū et lento igne ad cineres calidos ꝑ decē horas

K 2

fiat

fiat unguentum, postea claudatur luto sapientie & augeatur ignis, paulatimq; semper, donec oleum ascendat, multiplicetur. Prius tamen fomentetur locus hoc decocto, *re.* Granorum Iuniperi, rad: Ebuli, florum chamemeli añ q. V. conquassetur, & per diem unum madefiant in uino cum quo postmodum locus Embrocetur & deinceps dicto oleo inungatur.

Chirurgia ubi indigueris uel inustione cauteriorum, præcedentia & sequentia consule, quando, quo loco, quomodo & in qua affectionis mixtura inuri debeant, quare nihil de ipsis hic dicam, quia alias præter opinionem chartæ replentur.

DE ARTHRITIDE EX CA

THARRO, CAP: XI.

Scinus nos ex præceptis Medicorum quod, quandocumq; ulcera ex catarrho uel uaricibus fiunt, ipsa consolidari non possunt, priusquã uarices sanentur uel excindantur, aut catarrhus uel influxus humoris sistatur, quare cum & hæc species articularis morbi ex catarrho ortum habeat, & similis quodammodo ulceribus dictis sit & cum affectus remanente causa tolli nõ queat, sistendus, deriuãdus uel sanãdus erit primo catarrhus. Quoniã autem optimi medicorum exacte & canonicè curam ipsius in suis libris ut uocant practicis tradunt, inconueniens esset eam huc transcribere, quare beneuolus lector ad ipsos se conferet, eoque sanato localibus appropriatis ad ea quæ in iuncturis ex ipso remanserunt, utetur, quorum copiam ex arthritidis potissimum pituitosæ cura petet.

DE ARTHRITIDE, EX SE

ROSIS HUMORIBVS, CAP: XII.

SI affectio sit ex serosis humoribus, instituatur dieta conueniens humori à quo serum id quod abundat colatur, fames tamen multum commendatur, in hac cura ut quæ superfluum illud tenue facile absumat, *Cave ipsum.*

69

ipsum tamen in biliosa serositate. Phlebotomia non indigemus, sufficiet purgatio serosi humoris, nam quandoq; eadem die per ipsam sanati sunt laborantes. Quotidiani insuper clysteres quosdam ab affectione libera- runt, quare ex superioribus instructus nihil aliud nos hic herere iubet.

Localia indifferenter ultra ad unumquemq; humorem requisita ap- plicanda subnectam, nam cum non admodum uehementes & dolorifica sint fluxiones hæ, ex solo fotu sequentium subsistunt, nempe oleo rosacco, uino, modica cera & lana succida exceptis, addita quandoq; nitri spuma. Illi- nitur etiam quod ex cote naxia & ferri affricu deteritur. Item terra seli- nusta, cretica, sumius aster, lemnia spbragis, uino, posca uel aceto aut passo soluta. Sufficit aliquando caseus recens coactus impositus cum fari- na hordei aut polenta. Torpedo etiam tam fluuialis quam marina oleo incocta, paucaque cera addita & illita, nam alias etiam omnibus inflam- mationibus confert. Mediocres dolores serosarum fluxionum iuuant que- cumq; amari, falsi aut nitrosi quid habent, & cum dictorum moderata qualitate etiam adstringunt, ut lentisci ramuli teneri & fructus. Item myr- ti, Terebinthi, pyrorum, quercus, oleæ, mespilorum, cerasi, pruni, rubi canini, Rubi fructus & uirgulta. Conuenit & ruta, item pastinaca uiri- dis præcipue in cohibitione uentris cum admixtione adipum, polentæ fa- rinarum, mellis, passi rosacei. Profunt & uermes terreni cocti in oleo, si ex hoc cerotum fiat & imponatur.

DE ARTHRITIDIS EX VEN- TOSITATE CVRA, CAP: XIII.

Dolor ex uentositate curatur post debitam uictus rationem, quæ ip- sos dissoluat, carminet, aliosq; regigni prohibeat, exhibendo ad in- tra Medicamenta si uolueris flatus dissipantia ut re. Hermodactylorum ℥. v. Maiorana sicca, sachari añ ℥. x. terantur, fiatq; puluis, dantur de ipso ℥ iij mane ieiuno stomacho, uel fiat tragea ex folio, cymino, cina- momo & similibus. Possunt & infundi clysteres eiusdem intentionis & uirtutis.

K 3

Cum

Cum autem dolor hic subito cesset, & potius sit socius uel accidens aliarum huius morbi differentiarum, hæc pauca localia addam, Emplastrum, r. salis communis triti, cymini, Baccarum lauri, sem rutæ, Ammoniaci añ ʒ. s. conficiatur ex ipsis Emplastrum, uel fiant ex rad: Aristolochiæ, Gentianæ, ruta, castoreo, origano, calamento, Aniso, Marathro, olea, unguenta, Emplastra uel fomenta. Inuoluatur item pelli ouinæ recens detractæ. Collocetur etiam æger in foueam calidam ad sudandum & liberabitur.

DE ACCIDENTIVM, RE- MANENTIVM POST CVRAM ARTHRI- TIDIS CORRECTIONE, CAP: XIII.

REmanent quandoq; post curam dolorum iuncturarum accidentia quedam, quæ quia membra deformant, actionemq; ipsorum quo minus probe fiant impediunt, & ipsa corrigenda, auferenda, & extirpanda sunt, siquidem ipsorum nonnulla exiguis Medicamentis & labore tolluntur, quedam difficulter cedunt, alia utpote incurabilia, per totam uitam egrorum iuncturis relinquenda, quare ut consueta breuitate, dictorum omnium medelæ absoluantur, à tumoribus laxis initium sumemus, postmodum de alijs omnibus eodem in hoc capite tractaturi, ut sunt tumores crudi & intractabiles, Durities seu duri tumores, Nodi, Tophi seu pori, Articulorum distortionem & contractionem, siccitates, stupores seu dormitationes ut uocant, & Debilitates, Plerumq; autem, licet non semper, localibus tantum ut uidebitis curantur, nec uniuersalium (quia iam in morbo cuius dicta accidentia sunt reliquæ, ipsis conuenienter usi sumus) indigent, Si tamen & rursus ea necessitas requirat à nobis libenter repetentur, dicendaque etiam particularibus doloribus communia crunt.

TUMORES ergo laxi, molles, tangentibus comprimantibusq; cedentes, requirunt uictum siccum, paucarumq; superfluitatum, cibiq; abstinentiam uel parsimoniam, Balneorum assiduus usus his prohibetur, utantur tamen aquis Thermarum, fricationibusq; articulorum moderatis. Vomant etiam à raphanis & ciborum nauseatiua repletionem uel ab ueratro albo, somentetur locus sale frictio Item irrigationibus cum spongia ex
aqua

71

aqua marina. Conueniunt & Emplastra ex sale, lixiuio, nitro, & consi-
milibus, spargit ipsos stercus muris cum axungia ueteri, Item puluis Iso-
theos aut Indus sub pituitosa arthritide descriptus, Et stercus caprinum
cum aceto & cochleis tritis una cum testis. Item loliacea farina cum aceto
inducta. Adeps suillus cum calce uiua in pila subactus. Mala punica cali-
da cocta leuigataq; & post coctionem applicata. Et Theriaca cum uino
quodam tenui illita. Flos lapidis asij cum farina fabarum Emplastri ritus
impositus. Item terra cimolia cum aphronitro, ligustro & aceto illita in
sole, postq; sex horas abluatur locus cum aqua salsa. Accipe insuper cine-
rem quercus & uitis madefiant in aqua 24. horis, colentur & adde tan-
tundem aceti, inungatur, contegaturq; panno. Fricetur etiam locus sale
gemmae, mollificato in oleo, uel creta, aut alumine cum aceto, fiat etiam
Emplastrum ex fece aceti, adipe uetusto, & calce uiua. Vapor etiam ace-
ti in quo decoctae fuerint species calidae prodest, aut fiat fomentu ex sale, a-
lumine decoctis in uino. Vel stercore columbino cocto in uino. suscipia-
tur etiam uapor ex aceto insperso lapidi molari uel lateri ignito, abluatur
deinceps uino pontico parum limphato in quo bulliant, cuscuta, ostracorū
cinis & spongiae combustae. Item, ℞ Iuae, olei anetimi añ ʒ. v. Adipis
anatis ʒ. ij. florum chamemeli puluerizatorum ʒi. 5. misceantur fiatq;
unguentum, locus teneatur bene calidus & inungatur unguento, quod per
sex horas ibidem inhereat, postmodum aquae calidae immergatur membru
donec rubefiat, iterumque inungatur & sic de sex horis in sex proceden-
dum. Conducit & puluis Ireos mixtus melli.

AD Tumores crudos & incoctiles ex materia albidiorē lenta, diu du-
rantes, qui nec discuti nec concoqui possunt, prout ipsorū mixtura, quali-
tas, dolor & tumor fuerit, etiam medicamenta miscenda erunt, utilia ta-
men ipsis sunt sequentia, symphytum petreum, Terebinthi uirgulta, Scolo-
pendrion uiride, cyperus &c. cum pane, & rosaceo, si uero nullus adst
dolor conuenit Adiantum uiride, folia urticae, Althea, chamamelum, uua
passa pinguis, sertula campana, melissophillon, laser, citrij exterior cor-
tex. Durioribus uero corporibus, uilicis folia arida, amaracum, amaranti,
Ari & Asari radix, Elephoboscon, Erice, folia foeniculi, filix, sissimbrium,
Scandix, snapi uiride.

Effica

Efficaciora sunt & agrestioribus corporibus tumoribusq; ægre cedentibus utilia, Abrotanum, Armoniacum, Thimiana, Anemones, & hastulæ regie radices, Bryoniæ radix, pulegium, Dracunculi radix, Bdellium, Bulphthalmum, Gentianæ radix, Myrabolanus. Fortiora adhuc sunt Capparis folia, Glastum, Betonica, cyclaminis radix, Brassicæ ustæ cinis, ruta, radix panaces & peucedani, squilla, fici sylvestris fructus, trifolium, Asphaltites, Frixago, sulphur, pix, addantur his farina, adipēs, panis uel carica ne pars aduratur, & affligatur, Possunt & addi adeps taurinus, caprinus, uitulinus, ceruinus, Anserinus & medullæ pro respectu corporis, Tollit etiam tumores omnes Iusquiami albi herba cum stercore ouino & pauco aceto contusa.

AD DURITIEM uel duros tumores ortis ex crassis humoribus, præcipue in duris corporibus & qui difficulter ex discussorijs resoluntur, item male curatis remanent, facile parabilia hæc sunt. Satiuæ fici & sylvestris quoque grossi cocti triti & impositi, uel soli uel cum aliqua farinarum & adipe. Item cyclaminis & cucumeris sylvestris radix, Althea bis cocta, carica pingues, Adiantum, Avena, urtica, Bryoniæ radix, Iridis folia mixta cum uisco quercino. Mollificetur locus cum decocto pedum capitarum castrarum ouium, uel musto, aut aqua mucilaginosæ decoctionis rad. maluæ Altheæ, chamomillæ, fœnugræci, semini, Imponatur deinde uiscus quercinus cum pari cera & Resina pini. Resina etiam per se resoluit durities iuncturarum, Item radix narcissi cum melle & oleo, Radix granati sylvestris cum aceto. Medulla etiam cerui uituli, Bouis, hircorum & arietum. Stercus caprinum cum aceto & farina hordei. Et caseus antiquus acris, Item semen lini. Et radix cannabæ cocta ex aqua, Tolluntur item tumores illi fricatione facta cum oxyrhodino addito sale, & spongia noua infusa in aceto & expressa, aut uetere abluta lixiuio, sale, nitro, & pauco aceto, spargit & hosce tumores farina hordei mixta cum carne citonij & aceto. Item senecion herba contussa cum aceto ueteri. Item r. olei populini, ceræ, adipis anserina, añ ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. Euphorbij ʒij. ʒ. ceram cum oleo liquefacito adde deinde adipem, cocta

73

cocta & refrigerata, in pilam diffundito & euphorbium tenuissime tri-
tum paulatim inspergito, leuigato addito oleo populino & in consisten-
tiam non admodum liquidam redigito. Aliud fortius in inueterato malo-
re. castorei, Euphorbij añ ℥. 5. piperis, suffiminis ammoniaci añ ℥. 1.
opopanacis, Galbani, medullæ ceruine añ ℥. 1. Terebinthinæ ℥. iij. cere
℥. 5. olei Irini, Glencini, Cyprini, laurini, añ ℥. 1. 5. olei ueteris ℥. 5.
Misc.

NODOS ego in hoc nostro tractatu incipientes tophos appello,
antequam sc: materia prorsus in lapidem conuertatur, & prædictis tu-
moribus duriores, hos dissoluit Bitumen cum oleo rosaceo liquatum su-
perligatum. Superponatur etiam rad: Cheyri trita cum aceto, Item radix
ferulæ cocta in aqua ad tertias, Et cinis caulium cum adipe uetusto. Item
radix narcissi cum melle uel oleo. Et diachylon cum oleo nardino, loco
prius Embrocato cum aqua decoctionis maluæ, althææ, chamomillæ &
absynthij.

TOPHI, Pori, aut lapideitates à quibusdam inter morbos in nu-
mero referuntur, ubi sc: substantia aliqua quæ hæctenus non fuit, generata
est, Creantur quandoq; in articulis uel propter humoris influentis crassi-
tatem, terrestreitatem, & moram ipsius in uno loco, uel propter inmodi-
cum discutientium, acrium, & desiccantium usum, absq; emollientium ad-
mixture, uel ob medicamentorum frigidorum humores tam tenues quam
crassiores inspissantium, congelantium, & stupefacientium continuatio-
nem, oriuntur & ex inordinato quorundam ciborum esu, unde humor
crassus & incoctus coaceruatur, & ob nimiam loci affecti caliditatem
materiam adassantem & adurentem, sicut in calculo accidit, par enim est
tophorum & calculi in corpore generatio. Eueniunt tophi plerumq; na-
turis calidioribus, in quibus subtile resoluitur, crassum uero remanens acti-
one caloris petrificatur, Sciendum tamen, quando lapides illi seu to-
phi generantur in iuncturis nullam spem uel exiguam admodum superesse
conuersionis articulorum ad suam naturam.

Nos tamen ponemus medicamenta quæ ipsos fieri præhibent, deinde

L

ca

ea quæ factos mollificare & discutere seu dissoluere possunt, si quæ his non
 iuuantur, amectemus ea quæ cutim corrodunt, perforant ipsosq; educant,
 hoc tamen ubi ipsorum curam aggredi uolueris, obserues, ne illos qui ex
 calida aliqua intemperie concreuerunt, medicamentis calidis & acerbis
 molestes, nam etsi eos dissoluere uideantur, tamen alios subnasci faciunt.
 Aliqui ergo à tophis qui ex crassis, crudis, frigidisq; humoribus in arti-
 culis generantur ex usu sequentis Antidoti annuo liberati sunt, ℞. centau-
 rei ℥. v. Chamædros, hyperici añ ℥ viij; Aristolochiæ rotundæ, Gen-
 tianæ, petroselini, Agarici, phu, Meu añ ℥ iij spicanardi ℥. i. excipito
 melle & dato ex aqua tepida. Alij cum tophos habere cepissent decoctum
 crassa, & cruda excrementa extenuans ex origano & chamæpiti bibentes
 alios generari prohibuerunt. Item coquantur radices ferulæ in aqua ad
 tertias, aquaq; illa cum uino bibatur & tophos dissoluet.

Ipsos igitur ut ad localia transeamus generari prohibent. Empla-
 strum ex bulbo trito, dissoluto cum aqua, addito farre. Asphodeli etiam ra-
 dices tophorum concretionem prohibent, Item decoctum rad: Altheæ,
 sem, lini, foenugræci, meliloti, sesami, absynthij, Inungantur deinde oleo
 amigdalarum dulcium, de lilijs, nuce Indica, sesamo, fisticis, uel ex althea
 & adipe anseris. Expertum est & hoc, fomentetur locus cum decocto al-
 theæ, saluæ & pauco uino, dein inungatur cum oleo Terebinthinæ, Ali-
 ud resoluens collectiones circa articulos congregatas & dolores finiens,
 ℞ Calcis uiuæ, Thuris añ ℥. s. Terebinthinæ, Ammoniaci, Thymiam-
 tis, spumæ nitri añ ℥. s. Adipis Taurini ℥. i. floris lapidis Asij ℥. s. ob. s.
 ceræ olei añ ℥ iij terendis tritis uniantur. Ceratū emolliens tophos & re-
 soluens, ubi per dicta iam medicamenta eorū generatio inhiberi nō potuit,
 ℞ serapini, Galbani, Terebinthinæ, Asphalati, Castorei, Myrrhæ, Bdellij,
 Colophonæ, picis liquidæ, resinæ, Mumie, ceræ albe añ dissoluatur inuicē
 fiatq; certum. Item fiat unguentum ex radice altheæ, cucumeris Asinini
 cum oleo. Item ℞ pinguedinis Gallinæ, anatis, medullæ, cruris uituli ceræ
 añ dissoluantur inuicem fiatq; unguentum, per diem integrum in loco di-
 mitte

75

mitatur, abluatur, & rursus imponatur. Aliud fortius, Bdellium, ammo-
niacum, storacem liquidam, misce cum oleo Irino & superpone, Item,
℞. ceræ ℥ ij. s. medullæ cruris uituli, Ammoniacy, storacis liquidæ, Bdel-
lij, Galbani añ ℥. v. dissoluantur cum oleo Irino. Item ℞ Ammoniacy,
Bdellij, storacis liquidæ, Galbani añ ℥. v. pyretri, foenugræci añ ℥ ij. s.
olei Irini q. s. ad dissoluenda Gummi, conficiatur postea cum ficibus, hoc
enim mollificat & dissoluit. Quidam abluunt locum cum decocto mal-
uauisci, aneti, chamomillæ donec rubeat, deinde una die imponunt pin-
guedines & medullas, & altera die membrum uaporem aceti superfuse
marchasitæ ignitæ, per horam quaq; uice suscipere faciunt, & curam
hanc donec dissoluantur, continuant. Alij lauunt locum decocto altheæ,
sem: lini, absinthij, inungunt, deinde oleo amigdalarum dulcium & Bu-
tyro, superponunt ultimo Emplastrum ex althea cum adipe anseris, anatis
& Gallinæ, postq; mollificationem inungunt cum oleo Iuniperino, uel cum
oleo de lateribus aut Terebinthina, sicutq; locum postremo cum decocto
saluiæ & altheæ. Conueniunt & ficus triti impositi, Item althea bis co-
cta, Auena, urtica, Bryoniæ radix, Bulbi, Item folia aneti, Bupthalmi
marrubij, cum sulphure uiuo, & pice permixta cum adipe ouillo, capri-
no, uitulino, anserino, medullisq; & alijs mollientibus. Fiunt etiam perfu-
siones ex chamæmeli, meliloti, altheæ, centaureæ, & capparorum, deco-
cto, Efficacissimum est & hoc, in aceto acerrimo Thymum, origanum,
Thymbrum & calamintem, coquito indeq; locos affectos perfundito.
Et ammoniacum cum pice arida ad ignem emollitum imponito, Et styra-
cem ieiuni hominis sputo emollitam, idest, manducando tritam. Et sesa-
mum non lotum tritum impositum. Ceratum probatum, tophos omnimodo
dissoluens, ℞ aphronitri ℥ i. Terebinthinæ, ℥ i. s. ceræ ℥ ij, olei uete-
ris. ℥ ij. s. ℥. i. Lixiuij quo pilearij utuntur lanis succidis abluendis ℥. vi.
mixtis utere. Aliud usu probatum, ℞ lixiuij pilearij ℥. vi. auellana-
rum ℥. ij. aphronitri, saponis Gallici añ ℥. s. mellis ℥ ij. albumen unum
oui, olei ueteris ℥ i. s. ceræ ℥ i. ℥ ij. Terebinthinæ ℥ vij. misce,
potest

potest hoc medicamentum pro indicationibus presentibus temperatum, multis utiliter accommodari, admiscendo, quæ rosionem ipsius si quando necessum fuerit moderare possunt. Galbanum impositum bonam etiam præbet utilitatem, Lamina etiam plumbi perforata post usum mollientium superposita multum resoluit crassos & gypscos in iuncturis humores.

Si uero per emollientia & resoluentia tumores uel tophi discuti & extenuari non possunt, ad fortiora transeundum, nempe quæ cutim exulcerare, corrodere, perforare, tophosq; extrahere ualent, Exulceratur autem & rumpitur quandoq; locus per se, egrediunturq; res lapideæ, Gypsea, aliquando & simul sanies uirulenta. Si tamen hoc non fiat natura idest, ut locus affectus ab ipsa aperiatur, medicamentis erodentibus id efficiendum est ut materiae possint elabi, eius generis sunt sequentia. Medicamentum eiciens & extrahens tophos in artubus concretos. ℞. rad: peucedani, Ammoniæ, Thymiamatis añ ob. 1. 5. Myrrhæ ℥ iij Aristolochiæ, pumicis, añ ℥ ij ob. 5. castorei ℥. 5. lanarum succidarum ustarum ℥. 1. floris lapidis Asij ℥. 5. ob. 1. 5. aut loco eius salis ammoniaci usti tantundem, propoleos teneræ. ℥. ij. ob. 1. 5. stercoris canini sicci ℥. 5. ob. 1. 5. uisci ℥ ij ob. 1. 5. æruginis, squammæ aeris añ ℥. ij. ob. 1. 5. Atramenti sutorij, Mysios añ ℥. 5. ob. 1. 5. ceræ ℥ 1. 5. ℥. 5. resinæ pinus, picis añ ℥ ij. ℥ ij. 5. olei ueteris & aceti q. s. Incorporentur fiatq; unguentum. Item ℞. Iusculi pernæ porcinae ueteris ℥ 1. 5. oesypi ℥. 5. Ammoniæ, Thymiamatis ℥ 1. 5. Medullæ ceruinæ ℥. vij. Apochymatis. i. picis derasæ è nauibus ℥ ij. Cyprini ℥ 1. 5. casei caprini ueteris ℥ 1. 5. opopanacis ℥. 1. uniantur. Et grani Cnidij desquamati internum cum myrrha & aceto terito & illinito. In teneræ carnis hominibus hoc utere, Cadmiam tenuissime tritam & cerato myrteo exceptum imposito. Aliud rumpens & extrahens materias quo multi sanati sunt, Accipe caseum antiquum & nasturtium puluerisatum, & mixta dissolue in decocto pernæ porcinae, & equinae salsarum, fiatq; Emplastrum quod imponatur loco. Alij miscent caseum antiquissimū & acrem adipi uetustæ & salsæ & imponunt, quidam cum oleo communi. Cum autem ex loco rupto egreditur materia Gypsea.

psca imponatur puluis cyperi, mixtus cum adipe anseris, si uero sanies effluat mundificetur & consolidetur. Expertum ad tophos \mathcal{R} . Aphronitri, lixiuij ex calce & cinere facti añ. \mathcal{Z} . i. ceræ \mathcal{Z} iij. s. Colophonie \mathcal{W} . s. olei \mathcal{Z} viij mixtis utere, Sandaracham etiam tritam, uisco quercino excipe & utere. Item \mathcal{R} olei sextarium. s. spumæ argenti \mathcal{Z} iij \mathcal{Z} . ij. auripigmenti, \mathcal{Z} . s. spumam argenti, & oleum coquito donec non amplius inquinent, deinde auripigmentum bene tritum inspergito & priusquam adurantur ab igne ablatis utere. Aliud, spumam nitri, cum oleo ueteri & modico croco ac aceto tritam imponito. Item calcem uiuam & nitrum, pari pondere axungia excipito & imponito. Emendat etiam tophos, puluillus Isotheos aut Iridis, cuius descriptio sub pituitosa arthritide habetur. Aliud attenuans humores, attrahens ex alto, dissecans & dissoluens. \mathcal{R} opopanacis \mathcal{Z} . i. Terebinthinæ tantundem, propoleos teneræ \mathcal{Z} iij si hæc haberi non possit, adde picis brutiæ \mathcal{Z} . vi. opoponacum in aceto forti tere. In corporibus robustis sequens admisceri potest, \mathcal{R} . chalcitidis, Miscos, æruginis ustæ añ \mathcal{Z} . i. ceræ \mathcal{Z} i. s. Colophonie tantundem, squammæ aris, \mathcal{Z} iij olei \mathcal{Z} . ij. Resinæ \mathcal{Z} . ij. Galbani \mathcal{Z} i. s. aceti q. s. quæ teri possunt ex aceto in sole terantur & liquecibilibus fufis admiscantur.

AD Distorsiones articulorum, seu Ancyloses ex hoc morbo pauca ponenda sunt remedia, quoniam peculiare & proprium in practicoꝝ libris habetis capitulum, Conueniunt tamen & ipsis sequentia. \mathcal{R} Bdellij, Adipis uitulini, Ammoniæ, Thimiamatis, Iridis añ \mathcal{Z} ij. opoponacis, Galbani, Cachryos, Thuris, storacis añ \mathcal{Z} . i. piperis gr. xx. ceræ, Terebinthinæ añ \mathcal{Z} . vi. fecis cyprini aut Irini unguenti \mathcal{Z} ij. s. uini q. s. Ammoniacum, opoponacum, Thus cum aceto terito, liquecibilia liquato, ablatis ab igne, sicca inspergito omnia in mortario unito. Aliud ad contractiones articulorum. \mathcal{R} opoponacis, Galbani, serapini añ \mathcal{Z} . s. Terebinthinæ \mathcal{Z} . i. Rosmarini, saluie, matris syluæ añ \mathcal{M} . s. Conficiantur cum carne Vulpis subtilissime incisa, ponanturq; omnia in uentrem anseris pinguis, assetur, quodq; destillat colligatur & eo inungantur. Illinatur etiam lo-

cus lacte uaccino dulci et inuoluatur membrū pelli ouina recens detracta,
 Laudant quidam Balneum siccum & sudationem in furno, aut fouea cale=
 facta, Cannabis etiam radix cocta in aqua contractos articulos emollit.
 Item inunctio facta cum oleo meliloti campestris, uel loti Aegyptij, Item
 R. pinguedinis uulpis, medullæ cerui, uituli, & ursi, pingued: Gallinae A=
 natis, olei antiqui laurini añ ʒ. i. serapini, opopanax, Bdellij, Galbani,
 Ammoniacy, fellis uaccini, Terebinthinae añ ʒ. ij. Gummi hederæ, Resi=
 næ, aloës añ ʒ. i. s. castorei ʒ. i. conficiatur unguentum, Prodest & om=
 nibus duritiis & contorsionibus neruorum, stercus porci & maxi=
 me apri, mixtum cerato aliquo conuenienti. Aliud quod etiam articulos
 recenti cicatrice contractos, dissoluere dicitur, cuius tamen usus reproba=
 tur in calidioribus & siccioribus corporibus, conuenit autem ijs qui car=
 nem habent minus iniurijs oportunam, & duriolem, quiq; ex longo tem=
 pore ob crassos uiscososq; humores male habent, ut particulae non possint
 extendi neq; moueri, R. Adarces, opopanax, castorei, Galbani, Terebin=
 thinae, piperis añ ʒ. ij. hyssopi, cerae añ ʒ. i. Euphorbij ʒ. s. styracis,
 Thapsiae añ ʒ. ij. pyrethri ʒ. i. s. cerussa ʒ. vi. olei cyprini ʒ. i. s. The=
 dacei ʒ. iij. laurini ʒ. iij. olei ueteris ʒ. s. Nardini, amaracini, añ ʒ. s.
 Balsami ʒ. i. s. confice sc: artem.

AD Siccitatem quæ plerumq; in articulis eorum quorum tempera=
 tura calida & materiae crassæ sunt a dolorum curatione remanet R. Am=
 moniaci, opopanax, Galbani, Bdellij, sulphuris, nitri, añ ʒ. i. Lytargirij
 ʒ. ij. olei maluarum ʒ. ij. coquantur simul oleum & lytargirum, gum=
 mi cum aceto dissoluantur, misceantur & fiat Emplastrum. Item R. Bdellij
 cum modico aceti & mellis dissoluti ʒ. i. s. olibani, opopanax, Ammo=
 niacy Myrrhæ añ ʒ. vi. olei chamomelini ʒ. i. s. olei antiqui, pinguedinis
 Gallinae, anseris, anguillae añ ʒ. s. pingued: uituli ʒ. i. formetur unguen=
 tum. Non spernendam utilitatem præbet & Diachylon, Item caseus co=
 ctus cum iure pernae salsa, mollificat enim iuncturas & extrahit topbos
 ut antea dictum est, Item R. Bdellij, Ammoniacy dissoluantur in uino uete=
 ri, & conficiatur cum storace, sem lini & foenugraci añ q. v. empla=
 strum

strum, Item, & Ammoniacy, opopanax, Galbani añ ʒ i. dissoluantur in aceto, picis naualis ʒ i. 5. misceantur & malaxentur cum oleo costino. Conferunt & oleum costinum, Iuniperinum, Balneum sulphureum, farina lupinorum, cum oxymelle aut aceto.

DISlocationes quandoq; ob nimiam mollificationem ligamentorum, tendinum &c. per arthritim accidunt, quæ cum imprimis manuum opera in repositione requirunt ad chirurgos legentes relego.

DORmitatio ut cum patribus loquar, uel stupor membrorum aut iuncturarum corrigitur per fricationes mediocres totius corporis & extremitatum, præcipue uero membri stupidi cum manu uel panno mediocriter aspero, lauentur dein membra illa cum lixiuio in quo decocta sint, salvia, Betonica, stachas, origanum, calamentum, nasturtium, calendula & similia, & dum lauantur, fricentur membra bene cum dictis herbis, abstergantur deinde & inungantur oleo costino. Si autem stupor hic fiat per consensum cerebri, consulantur autores in capitulis de stupore.

DEBilitas iuncturarum corrigetur, exhibendo ad intra Theriacam, Mithridatium, & supra citatas antidotos. Ab extra uero confortentur Embrocationibus et Balneis aquarum aluminosarum, salsarum, quæ si non adsint, arte parentur ex decocto aluminis, salis, & herbarum salvia, Chamæpitheos, stachados, herba paralytis. Item iunipero, sabina, cupressifolium, coquantur autem in uino rubeo uel lixiuio, post ablutionem ungantur oleo masticino, nardino, Absynthino, squinantino, maxime si debilitas fuerit ex causa frigida, Multum ego per experientiam tribuo haleleo, idest, oleo cui sal copiosus intritus fuerit, si continuetur ipsius inunctio, ut & in præseruatiuo per medicamenta regimine docebitur. Ad debilitates iuncturarum ex materia calida detur Rubea trociscata, abluantur iuncturæ aquis ferreis, æneis, naturalibus uel artificialibus extinguendo in aqua, metallâ ignita, unde & utuntur aqua fabrorum in qua extinguunt ferrum candens, possunt & in hac aqua coqui, Rose, myrti folia & fructus, Item rubi &c. uel inungantur oleo myrtino, rosaceo, dissoluendo in ipsis terrâ sigillatam, Bolum armenum, Humectetur etiam membrum uino decoctionis Gallarum, Aluminis & rosarum.

DE

DE REGIMINE PRAESER-
VATIVO PER DIAETAM, VNIVERSALI
AB ARTHRITIDE, CAP: XV.

Facilius est praeseruari a morbo quam iam factum curare, ponimus nos praeseruatiuam, post curam uniuersalem, quoniam si morbus nunquam antea homines molestasset, cura praeseruatiua, ne in posterum reuerteretur, non indigerent, quod si & semel adfuisse, nec tunc ex usu esset, nam ut ex eius definitione edoctus es, ipsum reuersiuum esse indicauimus, non obijciat quæso lector illos qui ex hereditate sibi timent, non enim omnes etiamsi parentes arthriticos habuerunt ab ipsa corripiuntur, ut in causis huius morbi declaratum est, possunt tamen & ipsi si uelint sequenti regimine conuenienter uti, Trademus ergo primo ea, quæ omnes etiam a quacumq; differentia molestati, cauere uel expetere debent, omnes sc: iuncturas totius corporis, quarum & dolores explicantur praeseruatiua, Si tamen aliquid Ischiadicis podagricis &c. nociuum uel conueniens intellexerimus, nomine differentiae addito & hic inseretur. Non igitur uictus rationem dictis propriam & peculiarem post ipsorum curas expectabitis, ne idem sepius refricemus, quæ enim (ut rationabile est) omnes articulos praeseruant, etiam particulares quosque tuebuntur. Deinceps quomodo huius uel illius simplicis aut mixti in corpore humoris superflua generatio praecaueri debeat, eo ordine, quo & dolorum ex ipsis euentium cura superius data sunt, coniungetur. Qui autem debitum sex rerum non naturalium regimen obseruauerit a recidiua securus erit, cum superfluitas nulla in corpore ipsius generetur & coaceruetur.

AER ergo sit temperatus non nimis calidus, uel frigidus siccus aut humidus, paretur arte si conueniens naturalis haberi non possit, appropriatus naturæ praeseruandi, & humori, qui facile in ipsius corpore regignitur. Cibos multi nutrimenti in pauca quantitate assumant, omnes bene mastitent, cibarijs uarij generis non repleantur, nauseatiuam facietate

tene

tem fugiant & cibos difficilis digestionis, facilis corruptionis, panem azimum non bene fermentatum nec coctum, uel de seminibus paruis, Tortas, placentas, Tyrolaganos, stribilitas, oryzam & omnia genera leguminum, nam hæc crura debilitant, sicut eruum genuum dolores excitat. Carnes item duras, Bouinas, hircinas, caprimas, ceruinas aprimas, porcinas, & multarum superfluitatum & humiditatum, ut agnorum, capita quadrupedum, omniaq; uiscera eorum, quidam pedes eorum concedunt dicentes, simile sibi simile confortare, suaderem ego ut & ab ipsis abstinerent, quoniam humorem generant tenacem, uiscosum, suntq; difficilis digestionis, Proprie autem & lactens porcellus & fluuiales aues nec non & uetustissimæ Gallinæ inferiores iuncturas feriunt, quare podagricis interdicienda. Frixæ & dura omnia damnantur item lacticia omnis generis, caseus, pisces lacunales & anguille, hæc enim iuncturis semper aduersantur, conceduntur pisces parui, squammosi, marini & ex aquis petrosi, Fugiant fructus horarios, cerasa, pruna, persica, Chrysomela, pyra, uuas, ficus recentes omnesq; fructus immaturos, sanguinemque nimia humiditate replentes, neq; lac cum cibus alijs & uino sumendum, Abstinentia uini non modo iuuat arthriticos, sed quibusdam etiam omnino recidiuam inhiuit, si qui tamen ipsum omnino dimittere non possunt, per duos saltem annos id non bibant, postmodum ad eius usum paulatim reuertantur, neq; ieiunus quis uinum bibat, aut cibus crudis & uitiosi succi, more uulgi superfundat, rapit enim ipsos secum ad corporis iuncturas, oxymellis etiam & syrups acetosi usus reprobatur, quoniam humores dissoluunt, attenuant utq; ad iuncturas fluant efficiunt. Utantur exercitio conuenienti & moderato ante cibum, quiescantq; post repletionem, nec ad aliquod in asuetum exercitium subito, sed paulatim transeant, nam labor immodicus & otium perpetuum ambo iuncturis nocent, dicunt quidam quod sepe calcantes uuas aut musto pedes lauantes podagram raro incurrant, omnis etiam laboriosa deambulatio & pedum suspensio ledit inferiores iuncturas, Prosunt arthriticis fricationes cum pannis asperis aut manibus totius corporis, & etiam iuncturarum mediocres, quidam & ipsos uolunt in

M

Arenæ

Arena calida. Iuncturae autē nec fortiter comprimendae aut stringendae ligamentis, fascijs, aut periscelidibus, item uestimentis arctioribus sicut nec pedes calceis, ocreis aut caligis, Deponant quotidie superfluitates primae & secundae digestionis naturaliter uel per artem, sicut enim constipatus uenter artus comprimit, sic quotidiana eius largitas ipsos fouet, Balnea aquarum dulcium arthriticis minime frequentanda, liquefaciunt enim humores, relaxant iuncturas, ut ipsos affluentem facilius suscipiant, nisi materia esset nimium acuta, ut per ipsa temperetur quoquo pacto. Aquas Thermales ipsis concedimus, Coitus omnibus arthriticis nocet praecipue non asuetis, primo Melancholicis, dein Cholericis, post phlegmaticis, Ultimo sanguineis. Item qui fit subito a cibo assumpto, & repletionem ciborum cacochymicorum, postque ebrietatem. Non dormiant interdium aut subito a prandio uel caena, supini minime iaceant, quoniam talis decubitus articulis damnum infert. Ira praecipue inter omnes animi affectus extremis artibus infert tempestatem, nocet ipsis & tristitia, sollicitudo multa & reliqua animae accidentia. In summa arthritici omnes pro scopo praeseruatiuo habeant sententiam hanc Hippocratis, ἀρκυοῖς ὕμνη, ἀνορίη τροφῆς. ἀρκυῖν ὀδῶν, nequit enim possibilitas iuncturarum, & maxime pedum usum nocentium in quantitate notabili tollerare.

ARTHRITICI sanguinei, ut ad particularia magis descendamus, uitent cibaria sanguinem multum generantia calida, item & humida omniaque dulcia, concedentur ipsis quaedam quae & cholericis dantur, ut paulo post uidebitis. Immisceant cibarijs suis acetum, agrestam, uinum de pyris, acetositatem limonum, citri, granatorum acetosorum, eaque quae faciunt contra ebrietatem & sanguinem incrassant ut brassica, Vinum ipsis interdicator, praecipue uere & aestate. Exercitentur, Venam aperiant in uere potissimum. nam huic differentiae proprie conuenire uidetur, & ipsius utilitas sequenti exemplo manifestatur. Quidam curatus ex Arthritide sanguinea, per quatuor annos nullum habuit paroxysmum, Vnde uictus rationem & euacuationes spernens, licet admoneretur a Medicis & periculum reciduae uel alterius mali praediceretur, tandem nocte quadam ipsum corripuit dolor fortis, ad quem rursus uocatus medicus q̄ antea sub
cura.

33

cura ipsum habuerat statim ℞. s. sanguinis extraxit, postq; quatuor ho-
ras dolori imposuit sandalos, acetum, & aquam rosaceam & iterum de-
traxit ℞. s. sanguinis, & addidit Emplastro Balaustias, dolorq; illa nocte
quieuit, Secunda die illi iterum extraxit ℞ unam sanguinis & dolor
omnino cessauit, simile quid ego multis euenisse scio unde eo libentius ad-
hortandi gratia hoc exemplum posui, Si sanguinem nimis tenuem conspe-
xeris & fluidum da ingrossantia, ut syrupum myrtinum, de agresta, Vinū
granatorum, quod si & ferueat, feruorem ipsius extinguentia.

CHOLERICI, idest, qui ex cholerae abundantia laborare con-
sueuerunt, eligant aërem temperatum, ad caliditatem parum declinantem
in hyeme, in estate uero ad frigiditatem absq; humiditate. Conueniunt
ipsis carnes hœdinae, uituli lactantis, pullastrorum, bonarum auium, per-
dicum, phasianorum, alaudarum & aliarum auium paruorum, exceptis
passeribus, oua sorbilia, alterentur tamen cum rebus frigidis & humidis
additis quatuor sem: frigidis, horum enim dieta debet esse humidior quam
sanguineorum, uti etiam interdum possunt austeris ut succo granatorum
& similibus, quæ licet exiccent, retundunt tamen fumos & acuitatem
cholerae, dantur his etiam ptisana hordeacea, far, & panis de simila, Fu-
giant omnia choleram generantia, exacuantia, omniaq; dulcia. Concedun-
tur sed in parua quantitate, mala cocta citonia, Amigdale, pruna matura,
pepones, citrulli, cucurbita, cucumeres, lactuca, Beta, spinachia, Vinū
loco bibant aquam hordei, cum sacharo, aut iuleb cum multa aqua, si tamen
ipso prorsus carere non possunt, bibant pauca in quãitate & conuenienter
limphatum. Vitent uigilias multas, Iracundiam, Cogitationemq; assiduam.

PITUITOSA M arthritim, quicumq; effugere aut euitare
uoluerint, uitent Aerem, habitationem & loca frigida humidaq;, aut iu-
xta aquas uel prope terram, bene tecto capite & pellibus induti obambu-
lent, nec ex aëre calido subito frigidū ingrediantur neq; in terra, lapidibus
aut gramine iaceant, Versentur autem in aëre calido & sicco naturali aut
artificiali, Panis ipsorū sit recens, bene fermentatus et salsus trium dierum,

M 2

caro

Caro eligatur pullorum gallinarum, phasianorum, caponum, perdicum, sturnorum, coturnicum, merularum, turdorum, ficedularum, Item in dumetis degentium auicularum, ut sunt cardueles, philomelæ reguli & columborum syluestrium, a proprietate enim horum caro neruorum agritudinibus confert, Item uitulorum lactentium, hædorum non admodum iuuenulorum, Laudantur multum aprinæ macres, & crapreoli & carnes leporinæ piperato uel nigro iure, & Eritij. Comedant partes anteriores animalium, quia calidiores, digestibiliores & minus excrementitiæ posterioribus, sintque assæ uesperis & mane elixæ, Pisces his conueniunt falsi potius quam recentes, quandoq; & lucij et carpiones. Inter herbas commendantur Ruta, hissopus, petroselinum, fœniculum, saluia, menta, Rosmarinus, Inter fructus, Auellana, amigdale, nuce pinea, fistici, carica passula, non obsunt & oliuæ, cappares & granata dulcia, dactyli item bene maturi & dulces, mora bene matura & dulcia ante cibum. Lac & caseum præcipue recentem fugiant, condiantur cibi zinz. aniso, fœniculo, petroselino, croco, cinamomo, nuce moscata, macere, sinapi, & alijs aromatibus bonis, digestionem iuuantibus & uentositatem dissoluentibus, omni .n. studio prouidendum ne cibus corrumpatur aut inconcoctus a stomacho egrediatur. Intinctus seu saporis (ut Itali uocant) fiant ex petroselino, menta, serpillo & aceto, Item ex nucibus, mica panis, fœniculo & alio. Vinum datur ipsis tenue fuluum uetus uel subrubeum aut rubeum clarum, aromaticum boni odoris & saporis, mediocriter dulce, uel parum ponticum, uel utantur hoc potu. \mathfrak{R} cinamomi Electi \mathfrak{z} . i. piperis albi \mathfrak{z} . i. zinz. \mathfrak{z} . s. florum rosarum \mathfrak{z} ij. liquiritiæ rasæ \mathfrak{z} iij bulliant in \mathfrak{W} . xxv. aquæ, lento igne, donec absumaturs tertia pars, coletur & non exprimaturs & adde mellis optimi \mathfrak{z} xvij bulliat iterum lento igne despumando semper donec iterum absumaturs tertia pars, coletur tribus uicibus per sacculum spissum & reserueturs, Possunt eo uti per se uel admixto uino, bibant & aquam mellis simplicem, uel decoctum rad: quinq; communium, aut cicerum rubeorum, quidam bibunt decoctum saluiæ, Betonice, Rosmarini, maioranæ, in regionibus nostris uina & cercuistam ex similibus herbis

herbis conficiunt, quibus si moderate uterentur, non spernendum ipsis præberent commodum. Exercitentur ante cibum obambulando, aut equitando gradarium, Galenus ueloci cursu moueri iubet, ad eumq; præparat ipsos fricationibus cum linteis asperis, donec rubescat cutis, deinde extenuante oleo inungit etiam post cursum, ut oleo rad: cucumeris Asinini, Altheæ, Gentianæ, Aristolochiæ, Rad. panacis, polij, centaurei mi: quidam & à balneo iisdem oleis hyeme perungunt, exhibentes cibum non subito à balneo, sed interposito somno. Exercitationis enim locum in illis qui moueri non possunt fricationes suppleant, A cibo assumpto, animo & corpore donec concoctio facta fuerit, quiescant, Cauenda est & inanitio multa sicut & repletio nimia, Vitetur coitus, maxime à cibo & nimius, nisi natura cogat quandoq; ipso uti. Interdium non dormiant, Noctu uero duabus à cena horis cubitum eant, quiescantq; in lectulo molli primo super dextrum latus deinde super sinistrum, capite eleuato, non supine, neque in ædificijs muratis, aut radijs lunæ patentibus, Fugiant mœrores, tristitiam sollicitudinem, melancholicas imaginationes & iram.

Melancholici, ut pituitosi regantur, uictus tamen eorum ad humiditatem magis declinet, Nocet his etiam Ira, tristitia, cogitationes assidue, Bibant uinum mediocre,

Mixtæ arthritidis Dietam ex simplicibus differentijs petes.

DE REGIMINE PRAESER-

VATIVO ARTHRITIDIS PER MEDICAMENTA, CAP: XVI.

Hucusque quomodo per sex res non naturales præseruari in totum, uel ab recidiua arthritici debeant, generatim & particulariter diximus, non autem necessum esset, qua ratione & per Medicamenta præseruandi sint, declarare, qui enim regimen præscriptum obseruant, his non opus habent, tamen cum plerique imo quasi omnes in uictus ratione delinquant, unde humores noxij in corpore paulatim coaceruantur, item ne

M 3

labori.

labori nostro quid detrahatur, & cum antiquiores diligentes in hac materia inuenerim aliqua non inutilia subiungam, Etsi enim paroxysmi solito tempore non appareant, per plures etiam menses aut annos: homo tamen ideo non debet esse securus, ac si integre esset sanatus, sed humor prioris accessionis causa si abundarit, præparandus & è corpore educendus, membraque seu uiscera confortanda ne similem regnant materiam, & exteriora, ne ipsam recipiant, non tamen ante euacuationem, ipse enim in corpore superabundans etiam si iuncturas non petat, tamen peioris mali causa esse potest, ut perturbationis sensuum, tremoris cordis, Epilepsie, apoplexie, paralyses, aut mortis subitaneæ, Et hic uobis multa, præter dicenda iam, seruiant remedia, superius sub cura morbi posita, quæ enim curant eadem & præseruant.

SANGVINEI, quomodo per uenæ sectionem tempore ueris præseruari à paroxysmorum reditu debeant, paulo ante sub uictus ratione & supra in eorundem cura exposuimus, per phlebotomiam enim sanguis comode educitur, unde nec alijs indigent purgantibus medicamentis, quare ad cholericos ueniamus.

BILIS, si in corpore esset genita, præparabitur syrupo acetoso .s. uino granatorum, oxysachara, oxymelle diuretico, melle rosato colato, syrupo de quinque radicibus, semper tamen adstringentia simul immisceantur, nam simpliciter aperientia, humores nimium fluxibiles redderent, eorumque usus maxime in catarrhosis uituperatur. Educenda postmodum, Myrabolanis citrinis, Rhabarbaro, Electuario de succo rosarum, & alijs stipticitatem quandam habentibus, potest & ipsis præparari potus solutius per sublimationem, aut infusionem Rhabarbari, myrabolanorum citrinorum, Hermodactylorum, modico scammonæ, cum rosis, cytonijs, & similibus. Quod si bilis esset acuta, detur decoctum myrabolanorum citrinorum, Indorum, & aqua absynthij, fumiterræ, passularum, prunorum, tamarindorum & similibus. Pilulæ educentes choleram ꝛ Aloës ʒ. i. scammonæ gr: iij rosarum rub: ʒ. ʒ. 5. Hermodactylorum ʒ. ʒ. 5. Miscetur pilula una sola pro uice, dum autem euacuantur (quod & in reliquis omnibus obseruetur) iuncturæ stipticis confortandæ (animaduertendo

done in principem aliquam partem irruant) ut sunt acatia, succus uirgæ, pastoris, lycium, & reliqua inferius ponenda. Item fricatione cum balæleo &c, Interiora roborentur cum speciebus frigidis & similibus compositionibus, qualis est quæ Diatrionsandalon dicitur &c.

PHLEGMA si coaceruatum sit in corpore, præparetur & educatur prope aduentum paroxysmi, Præparatur autem syrupis positis in cura arthritidos pituitosæ, & sequenti electuario, & Vuæ recent: subtilissime incisæ cum melle reseruata ℥. i. s. herbæ paralitice similiter reseruatae ℥ viij Nardi, gariophilorum, piperis longi, nucis moscatæ zinz. liquiritiæ rase, añ ʒ. i. chamæpitheos, stæchados arab. rad: Acori, maioranæ, saluie, florum anthos añ ʒ. ij. Misceantur fiatq; electuarium, hoc enim præparat materias phlegmaticas crudas, adiuuans concoctionem, consumitq; superfluitates, Datur de ipso ʒ. 5. pro uice ieiuno stomacho, perq; tres subsequentes horas nihil aliud assumant. In hyeme potest sumi quotidie, in æstate semel in septimana, temporibus medijs bis uel ter. Electuarium solutiuum educens materias a priore præparatas, & conseruæ uuæ et herbæ paralitice superiorū añ ʒ. vi. Turbith Electi ʒ. vi. Hermodactylorum ʒ. iij. Esulæ ʒ. ij. diagridij ʒ. i. zinz. Nucis moschatæ Masticis añ ʒ. i. rad: Afari, stæchados, maioranæ, origani, saluie, chamæpitheos, acori añ ʒ. 5. Misce fiat Electuarium, datur a ʒ. iij usq; ad ʒ. vi. cum uino limphato, Item & Euphorbij ʒ. iij farinae hordei, mucaginis Traganthi, añ ʒ. ij. Misceantur cum uino albo optimo, fiat, massa, inuoluatur, in furnoq; ad perfectionem coquatur, deinde extracto quod interius est puluerisetur, Detur de puluere a ʒ. 5. usq; ad ʒ. i. sumatur in uino simplici uel in quo bullierit Tapsus Barbatus. Si æger esset debilis purgetur semine urticæ, cū aqua mellis & Baurach, Si autem sit robustus cum centaurea, colocynthide, Item his pilulis & Turbith ʒ. iij. zinz. masticis añ ʒ. i. Hermodactylorum, myrabolanorum chebulorum, citrinorū añ ʒ. ij. aloës ad pondus omnium, Lauetur aloë cum aqua Traganthi & Bdellij, formenturq; pilule quarum dosis est a ʒ. ij. usq; ad ʒ. v. Potus alius purgans & Benedictæ laxatiuæ ʒ. 5 Turbith, Hermodactylorum añ ʒ. 5. zinz. ʒ. 5. detur cū uino lymphato, uel brodio pulli, est hæc dosis magna, quare conuenienter ea uteris.

Item,

Item, \mathfrak{R} . Turbith \mathfrak{z} . i. Hermodactylorum zinz. añ \mathfrak{z} . i. sachari ad pondus omnium misceantur & dentur cum uino. Syrupus alius solutiuus \mathfrak{R} . Turbith \mathfrak{W} . i. infundatur in \mathfrak{W} iij aquæ per triduum ad solem, postea coletur, & ubi saporem in aquam demiserit, abijciatur, aquaq; reseruetur, sin minus in aliam eiusdem quantitatis proijciatur, & ad solem rursus per dictum tempus collocetur, coletur & gustetur, & ubi saporem amiserit abijciatur, sin minus rursus infundatur, hoc eousq; fiat donec insipidum remaneat, reseruatis semper aquis in quibus maceratur, postmodum misceantur dictæ aquæ & cum sacharo albißimo q. s. in consistentiam syrupi redigantur. Alius fortior, \mathfrak{R} . Myrabolanorum chebulorum, Turbith, añ \mathfrak{z} i. Hermodactylorum \mathfrak{z} . ij. Agarici, rad. capparorum añ \mathfrak{z} . s. zinz. piperis longi añ \mathfrak{z} ij. spicæ \mathfrak{z} . i. Infundantur contusa in s. q. aquæ communis, stentq; in infusione per tres dies naturales, postea per alembicum transeant & destillatum inde cum melle ad consistentiam syrupi redigatur, Dantur de ipso \mathfrak{z} ij. usq; ad \mathfrak{z} iij. pilulæ optimæ, \mathfrak{R} . Turbith, Hermodactylorum añ \mathfrak{z} i. s. colocynthidos, Bdellij añ \mathfrak{z} . s. zinz. spicæ masticis añ \mathfrak{z} . i. confice cum oxymelle, pilulæ aliæ quarum dosis est \mathfrak{z} . i. semel in septimana temporibus frigidis inque robusto corpore, \mathfrak{R} . Agarici, absinthij cort: myrab: citrinorum, chebulorum, colocynthidos rectificatæ cum zinz. Galla, uel mastice, Hieralogodij añ \mathfrak{z} . i. s. conficiantur cū succo Betonicæ et citoniorum, Datur etiam deglutienda, Terebinthina quantitate fabæ, uel eius loco tantundem de serapino aut opopanace. Quidam per assiduum usum infusionis genestæ præseruati sunt à doloribus iuncturarum materias enim ipsorum educit.

Vomitus etiam in cura præseruatiua commendatur, præcipue materia existente in inferioribus. Noui ego Medicum celebrem & doctissimum in Academia pisana, qui uomitu se per plures annos à podagræ recidiua liberum reddidit, sed debilitatem uisus maximam sibi conciliauit.

Diuretica in hoc negotio non spernenda, quoniam laudabilem multis præbuere utilitatem, materias ipsorum ex supra dictis colliges.

Melancholicus humor si quando in corpore congestus sit, similiter

ut

ut reliqui per digestionem, cuius exempla in cura ipsius posita inuenies, & euacuationes per medicamenta purgantia e corpore educendus, quia autem raro ipsa arthritidis causa conspicitur, unum tantum ponam purgans Medicamentum, pluribus ubi indigueris paulo ante citatum caput consule, R. Myrabo: Indorum ℥ ij. polipodij, stachados añ ℥ vi. senæ Epithymi añ ℥ ij. spicæ ℥ i. cinamomi ℥ iiij. coquantur in ℥ iiij. aquæ donec una remaneat circa finem Epithymus addatur & cum ℥ i. sachari ad syrupi consistentiam redigatur.

Ab humorum euacuatione & expurgatione membra interna seu uiscera rursus roboranda & confortanda, ne deinceps nouam regnant materiam, habuisti in curis cuilibet humori propria, sed quoniam & hoc in loco ipsorum mentio fit, pauca subiungam, Phlegmaticis ergo hæc conuenire uidentur, R. chamædryos, chamæpitheos, Gentianæ añ ℥ iiij. Aristolochiæ rotundæ ℥ i. sem: urticæ ℥ s. Terantur, cribrentur, misceantur, dosis cochleare unum cum sacharo. Assumant etiam aliquando in aurora ℥ v. ligni aloes puluerizati cum ℥ i. Chamæpitheos, Aut bis in septimana alternatim deglutiant ℥ i. optimi mithridatici, uel omni quarta die ℥ i. Theriacæ optimæ, cum aqua calida. Item semel in septimana masticando, Myrabolanium chebulum sumat, Conuenit etiam ipsis uinum de Asaro. Item, R. chamædryos ℥ iiij. s. centaureæ, Aristolochiæ longæ, Gentianæ, spicæ romane añ ℥ iiij. Hypericonis ℥ ij. s. apij montani ℥ ij. limaturæ ferri ℥ i. s. Agarici electi ℥ i. Myrrhæ ℥ s. triturentur formenturq; Trocisci, dantur hyeme saltem & autumnno, ℥ i. pondere, moueatur ab eius assumptione paulatim perq; tres horas ieiunus maneat, postmodum cibetur edulij boni succi, Utantur etiam compositione plirisarctica, Diacoru, Item R. Aristolochiæ longæ ℥ vi mellis ℥ ij. redigantur in formam Electuarij, dentur de ipso ℥ ij. s. bis in mense. Quidam plus tribuunt aristolochiæ rotundæ. Salvia quoq; parum cocta crebro sumpta, fert ineffabile iuuamentum neruis & omnibus iuncturis. Alijs humoribus appropriata, idest, quæ uiscera ne ipsos regnant disponunt tuo Marte miscebis.

N

AB

AB extra iuncturae confortantur sequentibus: Abrotano, aqua sulphurea et luto ipsarum, Aloë, chamomilla, folijs cupressi, et fructibus, Myrabolanis Emblicis, Hermodactylo, oleo de spica, myrtino, masticino, chamomelino, Absynthino, Irino, rosaceo, Anetino, costino, citoniorum, cheyrino, laurino, rutaceo. Item plantagine, squinanto, stachade, uino stiptico nigro, absynthio, acatia, aceto, Alumine, amoniaco, stercore capriano, citro, costo, Enula, fumoterræ, Galla, Granatis, lignolaurino, lycio, maiorana, mastice, Myrabolanis, myrto, Mumia, nitro, papauere, storace, Terebinthina, uernice, hypocystide, Glaucio, Tutia, Balaustijs, Flores item myrti, amigdalaruin & chamomille atq; rosarum semper sunt iuncturis, & nux Indica neruis, artubusq; præ ceteris terræ nascentibus multipliciter est amica, Ex dictis possunt fieri Emplastra, unguenta, cerota, olea, fumi, lotiones & calida frigidis, frigidis calida eligendo.

Materias repellunt & ne ad iuncturas fluant, prohibent hæc apostolica, Farina hordei cum aceto & pice dura, Item Emplastrum factum, ex pyrorum generibus uel decocto eorundem aut foliorum pomorum, simile quid præstant folia & flores Mespili, mori rubi, Galla, hæc etiam iuncturas roborat, Tribulus insuper reprimit omnes fluxiones, Item portulaca, Ambrosia, Myrtus abrotanum, pentaphillon, succus extremitatum uitis, idest, capreolorum, Agresta, Terra sigillata, Alumen, sal tritus cum oleo rosaceo, cytoniorum, in quibus bullierint extremitates rubi, pini syluestris, præseruant enim iuncturas maxime calidas, Item Emplastrum ex hordeo, citonijs, aceto prohibet fluxum superfluitatum ad iuncturas, A proprietate occulta præseruant ab Arthritide, Magnes lapis gestatus, Actites etiam præseruat & curat & cheolidonij radix. Ego multum tribuo Rytheo præseruatiuo Italorum, Chi ha la gotta, non la tocca, Apri il culo, riliri la coda, & strengi la bocca,

Hæc de morbo articulari in genere, accidentibus ipsum consequentibus, quomodoq; in posterum homines ab ipso præseruari debeant dixisse sufficiant, non esset autem necessarium particulares eius differentias uel species earumq; curas subnectere, cum ut supra dictum, loco tantum differant

ran

¶ant quæq; in genere dicta sunt ab ingeniosis, etiam ipsis accommodari possunt, sed quoniam ab expertissimis Autoribus peculiaria unicuiq; differentie attribuuntur remedia, lociq; natura non parum curatiuas intentiones & remedia immutet, ego etiam ordine pro partium situ eas declarabo, multaq; utilia & experta per me & alios artis nostræ consodalibus reuelabo, De uictus ratione pauca inserentur ubi morbus iusserit, quoniam quæ supra in arthritidis generali cura data est, differentijs localibus, iam ponendis etiam adaptari poterit, nihilominus tamen ubi quid præter dicta obseruandum erit commode assignabitur. Maxillæ inferioris iuncturæ nulla hic fit mentio, nisi de spasmo cynico quid essent garriendum, quod præter institutum fieret nam in prognosticis dictum est doloribus iuncturarum spasmus non associari, parcant maiores si prognosticum hoc à me in dubio habeatur, Rem ipsam ergo aggrediamur ne in non necessarijs morte accusemur.

DE DOLORE COLLI,

CAP: XVII.

Dolor colli seu Trachelagra est tristis sensatio iuncturarum, lacertorum & chordarum ipsius, Causas habet communes, cum genere suo, ut plurimum tamē originem ducit à capite seu cerebro, materias ex aptitudine sitas ad ipsum transmittente. Signa etiam erunt cōmunia, propria tamen hæc: Aegri collum uertere aut circumducere difficulter possunt, sed rectū tenent caput, ac si tetano laborarent, & si caput uertere cogantur ad quamcumq; etiam differentiam dolor ingens ipsis accedit, Prognosticæ præter generalia, hoc habet quod scilicet facile in consensum & totam spinam, & caput ipsum trahat.

Curatur ut dolor dorsi de quo iam consequenter agetur, Ex localibus tamen apropiatis est Emplastrum ex folijs cupressi, Inungatur etiam oleo chamomæliño, amigdalarum dulcium, inuoluatur deinde panno calido suffumigato ligno aloës & thure.

N 2

DE

DE DOLORE DORSI,

CAP: XVIII.

Dolor dorsi (comprehendimus nos sub hac differentia, totam spinam usq; ad extremum coccigis apicem, exceptis uertebri colli, de quibus in precedenti capite egimus) tristis seu molesta sensatio est partium ad flexionem, connexionem, omnesq; motus, mutationesq; et sensum ipsius concurrentium.

Fit hic dolor quandoq; ex repletione uenae, uel arteriae magnae ipsi incumbentibus, Item ex frigore, calore, itinere, multo labore, coitu, debilitate renum, per communicationem matricis ut eius suffocatione & membrorum uicinarum molestijs: Propter appropinquationem purgationis menstruae, Ex partu & quando natura humores per uenam magnam critice detrudere uult, Item ex uentositate, casu, percussione, reflexione spinae, Eleuatione magni ponderis, uel eiusdem gestatione in capite aut humeris, Plerumq; tamen ipsius causa est frigus humorq; crudus interclusus spatij intermedijs uertebrarum, qui (sicut & in alijs articulorum doloribus fit) musculis & partibus circumiacentibus communicatur, & ubi fluidus & humidus multum fuerit, mollificat & relaxat ligamenta spondilium, unde gibbositates causantur sicut experientia docet. Nos signa tamen prognostica & curationem doloris dorsi ex materia frigida cruda & pituitosa (quoniam hinc ut plurimum scetet, quod ex sudoribus, qui inde plerumq; initium sumunt colligitur) ponemus, nam & sepius ob hanc causam ipsi dolores contingunt, aliarum autem eius externarum & per consensum affligentium causarum curationes omnes fere practici proprijs capitulis deliniant ad quos lectorem relego.

Signa igitur doloris, ex materia frigida seu humore crudo sunt, Frigus percipitur in loco affecto & cum dorsum extendunt uel flectunt dolent, per deambulationes autem & calefactiones mitigatur dolor, praesens sit regimen sex rerum nonnaturalium similium materierum generatiuum,
Item,

Item mora in aëre frigido, uentoso, pluuioso, Dolor autem hic paulatim ingrauescit.

PROGNOSTICA, Qui laborant dolore dorsi ex materia frigida non cunctentur curationem differre, quoniam ipsos arripiet aut mors subitanea aut paralysis uel apoplexia. Dolor dorsi plerumq; est diuturnus. Dolor dorsi raro est fortis & intollerabilis. CVRA,

Victus ratio, panis condiatur cum semine anisi, foeniculi, comedant carnes assas, castratarum ouium, uitellos ouorum, item, passerum domesticorum, pipionum, Erici, Condiantur cibi ipsorum hac Tragea, & Gariophilorum, cinamomi electi ℥ij. albi añ ʒ iij cardamomi, Galangæ añ ʒ. i. croci, Maceris añ ʒ. s. sachari ad pondus omnium, trita redigantur in puluerem, Utantur etiam radicibus pastinacæ, Dauci, Helenij, Asparagi, foeniculi, petroselini, ciceribus rubeis horumq; dictorum decocto. Vino tenui, claro potenti uel maluatico diluto. Obambulent & exercitentur temperate, commorentur in aëre calido, decumbant in plumis.

PROPTER prognosticum positum, quandoq; eadem die materia expurgantur, si autem necessitas non urgeat digeratur materia, ut in arthritide pituitosa dictum est, Educatur postmodum, pilulis foetidis, cochij, de Hermodactylo maioribus, Hiera Hermetis, nam hæc subtiliat & euacuat humorem crudum, Item cum colocynthide, pilulis de serapino, Item sequentibus pilulis quæ certis temporibus exhibentur, quandoq; & ad annum præcipue in dolore antiquo, & pulpæ, colocyntidos ʒ. unius quartam partem Turbith boni ʒ. i. centaureæ mino: ʒ. s. ℥ij. ʒ. iij. castorei ʒ. unius quartam partem, serapini gr: xij Medullæ carthami ʒ. ij. formentur pilulæ cum succo aliquo apropiato, & detur ipsis iusta quantitas, Clysteres etiam & plerumq; acriores multum utilitatis præbuerunt, præcipue si dolor sit in inferioribus partibus spinæ, materias horum ex pituitosa arthritide sumes.


Dantur & potiones diuretice et quæcumq; a proprietate hunc dolorem extenuant, ut decoctum sem: sileris montani & puluis etiam ipsius.

Item radicium asparagi, et semen eius, nam asparagus à proprietate prodesse creditur, unde ipsius commestio continuanda, laudatur & decoctum filipendulae. Radicis acori, Inter experta habetur Theriaca, Diatessaron, Diagalanga, Diatrion pipereon, Theriaca quoq; de uiperis confert omnibus doloribus dorfi, praecipue in hora fluxus, Et lignum aloës praecipue si flatus sint admixti.

Localia stiptica & repercussiuua in dolore dorfi uitanda, propter uicinitatem membrorum principalium, materia enim potius ad inferiora & exteriora trahenda & resoluenda, Calefiat igitur ante inunctiones per frictiones cum panno aspero tota spina, postmodum inungatur oleo de spica, costo, Euphorbio, Inest & oleo liliaceo mirabilis proprietates in discutendis doloribus dorfi, Item oleo de nuce Indica, Miscetur & Emplastris utiliter maiorana, prodest & cyperus, nam stringit dorsum, eouataris pro confortatione ipsius, postq; euacuationes, Vtiliter & inungetur oleum urticae, maioranae, pinguedo Vrsi. Mulieres quaedam Italicae, dolores hosce maxime si uentositas sit admixta curant fricando dorsum axungia porci rubei, asibilantq; quendam oraciunculam, eam quia magis superstitiosa & ridicula, quam ut rei serie immisceri debeat, uolens omitto, Valet multum & sequens unguentum, R. olei laurini, nardini, Irini añ 3. i. cerae, Bdellij añ 3. ij. succi maioranae 3 i. s. Galangae, cimini añ 3. i. croci 3. i. componantur ad inuicem & fiat unguentum. Superponunt quidam dorso cum carta, picem liquidam, eamq; aliquandiu ibidem permittunt interimq; exhibent brodium seu Ius cicerum rubeorum, confert & Emplastrum ex stercore uaccino, Oleander item Emplastratus ad dolores antiquos, Et emplastrum ex opopanaco, Bdellio, serapino, Enula amoniaco, castoreo, cum oleo laurino, rutaceo, de storace & cherua, Insident etiam aquis Thermalibus, sulphureis uel decocto calamenti, pulegij, sabinae. Fricetur dorsum oleo aliquo antiquo subtilis substantiae, admixtum habens uinum creticum. Vbi uero dictis localibus nihil efficiatur ad rubeficantia, caustica, & uesticantia, trahentia materiam ad superficiem transeundum, quorum materia in Ischiade dabitur & superius tacta est.

93

Cauteria in dolore dorsi ex materia frigida, hoc pacto post purgationes fiunt, Describuntur in loco doloroso lineæ tres secundum latitudinem regionis renum, & in quaq; linea atramento signentur tria, quatuor uel quinque, prout requirit necessitas cauterijs inurendis loca, respectu habito ad uires infirmi & tollerantiam, inuranturq; loca notata cauterio puncti, cuius talis est forma.



Vel clauiti mediali quo plerumq; in doloribus dorsi utuntur, talis figuræ



Aliqui tria tantum fieri iubent cauteria sub loco dolore infestato.

DE DOLORE HUMERI,

CAP: XIX.

Dolor humeri est tristis sensatio iuncturæ humeri, cum furcula & spatula, quæ quandoq; ad manus & digitorum extremitates extenditur per partem syluestrem. Causas communes habet cum alijs doloribus iuncturarum, maxime tamen fit per consensum à cerebro, propter aptitudinem situs, Cum igitur causæ sint cõmunes, & signa erunt cõmunia, unde diligens lector ad ea quæ supra in genere dicta sunt sese cõferet. ibi .n. inditia unuscuiusq; humoris peccantis copiose & diffuse tradita reperiet.

Morbum hunc quo ad prognosticum alijs periculosiorem esse dicunt, ob uiciniam membrorũ principalium, materia tamẽ eius raro aut nũc in tophos concrefcit, uide tamen ego os scapulae in dolore per morbum Gallicum tumorem notabilem porosum contraxisse.

Cura quo ad uniuersalia humori qui per signa abundare cõperitur correspondere debet, unde uictus rationem ipsi cõtrariam institues. Venam


Venam præterea secabis in sanguineo, primo ex opposito trachio uel pede eiusdem lateris, deinde etiam ex saluatella eiusdem manus inter auricularem & annularem digitum, Vbi uero alius à sanguine humor noxius fuerit, per potiones præparabitur (nisi turgeat) & purgantia Medicamenta educetur.

Localia apocrustica, propter situm membri dimittenda omnino, si tamen ipsis in doloribus calidis uti cogaris, temperata sint nec actu frigida, ut oleum rosaceum coctum cum succo portulacæ, aut solatri neq; diutius continuentur, In dolore frigido inungatur primo oleo masticino, nardino, absynthino & similibus, deinde admisceantur resolutiua calida, ut oleum costinum, rutaceum, Vltimo resolutiuis puris, Inter experta habentur, aqua nitri sola illita uel alijs commixta, Item aqua ardens, permultum utilis est fricatio loci uino maluatico, admixtum habens oleum aliquod subtiliatium, Conandum semper ut materia possit ad exteriora trahi, quod si leuibus fieri non possit ad rubificantia, uentosas, & sanguisugas confugiendum.

Cauterij in hac cura quandoq; & indigemus siue actualia sint siue potentialia, illa tamen ut supra habuistis his tutiora sunt, citius operationem perficiunt & sicciora permanent, unde ipsa præferenda censeo. Locus aptus est prope insertionem musculi deltoides in os ipsius humeri spacio, sc: sub iunctura humeri cum spatula & osse sygmoide in parte syluestri, trium aut quatuor digitorum iunctorum. Frequens erat hic locus iniustionibus præceptoribus meis in Italia, mirumq; & præstantissimum ipsarum per experientiam uidi iuuamentum, præcipue in doloribus catarrhois antiquis capitis.

Sciatis postremo ob abundantiam humorum phlegmaticorum relaxantium ligamenta huius iuncturæ, humerum ex sua sede quandoq; luxari quod si contingat reponendus primo ex doctrina Hippocratis & circa iuncturam cutis tripartito peruratur actuali cauterio, colliganda postmodum apposite iunctura, Figura instrumenti talis est.

DE



DE DOLORE CVBITI,

CAP: XX.

MAnum ueteres appellabant quidquid à scapula, ad extremam usq; digitorum aciem protenditur, quasi mediam ipsius constituentes iuncturam cubiti, idest, humeri cum radio & ulna, unde de iuncturarum doloribus scribentes huius ne uerbo quidem mentionem fecerunt ideo quod quæ Genibus alijsq; iuncturis applicantur ipsi quoq; conueniant. Ultra autoritates idem monentes & experientia nos docuit, quare peculiare & appropriatum huic iuncturæ nihil reliquum est, & lector beneuolus de- xtro utens iudicio huius dolores fœliciter iuxta uniuersales Canones cu- rabit.

DE CHIRAGRA,

CAP: XXI.

CHIRAGRA, uocatur dolor manuum reuersiuus (non ut antiqui- cores sumentes hic uocabulum manus) ex materia abundante in liga- mentis, lacertis, ceterisq; ad articulationes ipsius concurrentibus partibus. Dicitur reuersiuus nam si cuiquam semel tantum doleret manus & in po- sterum nuncq; Chiragra dolor ille haudquaquam dicendus, Cause eadem quæ & morbi articularis esse possunt, quare & signa eadem ex supra po- sitis huc transfer.

Prognostica. Chiragra raro Eunuchos uel castratos, uel pueros an- te fœminæ coitum, item mulieres nisi quibus menstrua suppressa sunt, inua- dit. Chiragra frequens & diuturnus est morbus, rarius tamen, fit quã poda- gra

gra propter situm. Morbum articulare quandoq; ab chiragra initium sumpsisse, exemplo fuit honestissima quaedam matrona montis Sanctæ Anne.

Chiragricis complexionis calidæ, nonnunq̄ inter digitos oboritur carnositas quaedam, ex qua digiti contorquentur, constringunturq; cū dolore, aliquando & sine ipso.

C V R A Similis cum sit podagra, maximam enim cum ipsa habet affinitatem, deq; ipsa cum aliquantulum copiosius infra tractandum sit, diligens lector quæ hic deficiunt ibidem requiret, uictumq; contrarium materiei peccanti ordinabit, uenam si necessum fuerit incidet in dextro pede, primum ubi morbus in dextra manu hereat, in sinistro, si in eiusdem lateris manu affligat, talis enim uenæ sectio nonnullis annuum, quibusdam perpetuam ualitudinem præstitit. Purgentur deinde pro humoris extra sanguinem abundantis copia & qualitate, Purgatione facta, per potum lactis Asinini quosdam liberatos à morbo tradunt.

Quantum ad localia, in principio uti possumus apocrusticis talibus. Superponatur radix mandragoræ cum farina hordei & aceto. Item semperuiuum cum farina hordei. Terra sigillata prohibet affluxum materiarum ad manus, Deinde à proprietate conferunt oleum mustelarum cum cera in linimentum redactum. Et decoctum ranarum rubetarum fluuiatilium, ad dissolutionem usq; substantiæ ipsorum factum, nam ab affectione liberare creditur unguentum uel oleum ex ipsis factum de quo in cura podagræ, si mane & uesperis à balneo manus ipso inungantur. Reliqua localia ex capite paulo ante citato petes, quibus omnibus si morbus non cesserit, inustiones fiant, in circuitu faciliū cum cauterio puncti, quod si dolor in digitis remaneat, imprimatur ipsum per omnes nodos ipsorum in pectine manus.

DE COXENDICVM DOLORE,

CAP: XXII.

Coxendicum dolor siue Ischias, sciaticus, uel ancharum, est molesta tristisq; sensatio, sciæ uel iuncturæ capitis femoris (quod & uertebra
brum

brum dicitur) cum osse coxendicis (in quo cotyle seu pixis est) diuturnus, dissolutu difficilis, quandoq; & continuus absq; ulla intermissione retrorsum adusq; poplites, suras & digitos pedis nonnunq; sese extendens, ob materierum ad dicta loca affluxiones, quas proprio nomine Hippocrates oedemata uocat, idest, fluxiones ad crura decumbentes, potissimum eas quae primam articulationem ubi coxendix est occupant, ob quam causam & hic morbus ab Arthritide differt, quoniam huius causa per omnes articulos est dispersa, sciatici uero in loco dicto firmatur. Hipocrates abutens hoc uocabulo Ischiadis tabem Ischiaticen uocat, idest, coxendicum qua in uomicis circa os sacrum accidentibus corpora colliquesunt, bene uerum est os Ischiadis seu sciae ut integrum nullum peculiare habere nomen, sed in partes distributum superior & amplior eius pars os ilium dicitur, media in quo pixis seu cotyle est sciae, anterior & tenerior perforata, ubi cum alterius lateris osse coalescit, os pubis seu pectinis a quibusdam uocatur, qui uoluerit non incongrue poterit tabem coxendicis etiam appellare decrementum totius cruris, quod ob luxationes ipsius siue ab hoc morbo siue causa aliqua externa contigerit. Differentias quidam ponunt inter dolorem sciaticum & ancharum, hunc appellantes cum dolor circumscriptus fixus & permanens est in iunctura uertebrae, & ossis coxendicis in quo pixis est, sciaticum autem proprie cum dolor ad femur & ultra descendit, indifferenter tamen communiter unus pro altero sumitur, ille enim qui ancharum dolor uocatur, potius principium est doloris sciatici nec meretur differens ab eo species appellari.

Causas hic morbus licet communes habeat Arthritidi, tamen cum a doctioribus, ob rationes in prognosticis enumerandas, quaedam ipsi peculiare tradantur, nec ego utilitati legentium deesse uolui, praecipuas ideo ipsius subiungam. Fit ergo morbus hic ubi quis diutius in sole uersetur, coxendixq; inde calefactus, humorem, qui in ipsius articulatione habetur prorsus exiccarit, item ob sessiones in re dura frigida, uel coxa uersa ad parietem muratum humidum, sicut praceptor meus Senis Tideus Mōterculeus Medicus & chirurgus expertissimus, sibi accidisse retulit, cū .n. ad murum humidum in studendo (sicut semper assiduus & diligens erat etiā iam senex)

per aliquot septimanas, crus uersum teneret, sciaticū morbum adeo serium contraxit, ut & per plures septimanas lecto decumberet, Consequitur & malum hoc equitationes assiduas, motus & deambulationes concitiores, Coitum achromon, Hæmorrhoidas suppressas, apostema locorum intrinsecum non conspicuum, Vomendi consuetudinem intermissam, Impeditam menstruam purgationem, aliarum etiam excretionum consuetarum retentionem, exercitiorum solitorum neglectum, passionem matricis diuturnas maxime quæ ad decem menses durauerunt. Item repletionem uenæ descendens ad crura, quandoq; & uiciorum musculorū dolores maxime lumborum, & excretionem ceticas cum sc: natura materiam morbi reliquum corpus ab ipsis liberans ad hanc iuncturam protrudit. Communis tamen causa huius doloris, sicut et aliarum iuncturarum dolorum, est humoris alicuius ualida ubertas, affectum articulum occupans, replens, & circum iacentia corpora extendens, siue is sit Cholericus, sanguineus, phlegmaticus, Melancholicus, plerumq; tamen pituitosus, crassus, articulationi coxæ impactus, mali causa est.

SIGNA causarum externarum & earum quæ per consensum morbum effecerunt libenter omitto, nam ex ægro ea scire poteris, materiarum tamen tam frigidarum quam calidarum, item uenæ descendens repleta & apostematis intrinseci ponentur. Si ergo materia fuerit calida, & in superficie constituta locus erit calidus, rubicundus, habitus egri carnosus, dolor acutus, terribilis cum febre, oris amaritudine, confirmant dicta præcedens uictus ratio. Si fuerit frigida, calor cutis declinat ad albedinem uel plumbeitatem, locus ad tactum frigidus apparet. doloresq; latitudinem occupant. Repletæ uenæ inditium hoc est, dolor ab ancha per pedem in modum uirgæ extensæ percipitur.

Apostema locorum intrinsecum non conspicuum, manifestant rubedo coxæ, item digitorum absq; dolore cum uehementi pruritu. Signa tamen doloris sciatici ex calore in tactu difficulter exponi possunt, propter iuncturæ profunditatem & materiarum à superficie maiorem distantiam. Certi tamen quid indicant doloris quantitas & qualitas, item iuuantia

& non

101

Et nocentia medicamenta. Incipit postremo dolor sciaticus à iunctura scia descenditq; retro ad coxam, quandoq; et ad genu, calcaneum, pedes, prout materia fuerit multa uel pauca, tenuis uel crassa. eger quoq; crus uertere et mouere non potest præ dolore, qui ut plurimum simul occupat lumbos, inguina, communicatur et interdum uesicæ, difficultatemq; missionis uenæ inducit. Delectantur autem compressione anchæ, et deambulatione in summitate digitorum pedum, Incuruatur deprauaturq; ipsorum erectio, quandoq; et femur è cotylo suo luxatur ob mucosam humiditatem multiplicatam in ipso, cruraq; labascunt propter quietem debilitatam ex dolore, item quia humores mucosi obtundunt calidum innatum, ab iisdem etiam quoquo pacto uie obstruuntur, unde nutrimenti transitus prohibetur.

PROGNOSTICA. Dolores sciatici perducentes ad incuruationem sunt ex apostemate duro. Quibuscumq; à coxendicum dolore diuturno molestatis coxa excidit his crus tabescit et claudicant nisi urantur. Dolor coxendicum continuus absq; ulla intermissione difficulter curatur. Sciatica cum curatur et materia eius eradicatur, facillime redit, qualibet ex causa propter situm membri.

Dolor sciaticus à quibusdam difficilimus reputatur inter dolores inferiorum articulorum, deinde genuum, tertio pedum, quidam tamen hunc alijs magis molestum asserunt, credo ego pro materierum affluxus qualitate et quantitate, lociq; natura, iam hunc uel illum peiorem esse. Quando sciaticis natura soluitur alleuiantur.

Sciatica difficulter curatur in hyeme, tempore frigido, complexionem humida et pinguibus, parteq; sinistra. Dissenteria periculosa quandoq; oborta Ischiadicos emendauit.

Quibuscumq; à coxendicū dolore diuturno molestatis excidit, coxa et rursus incidit his muccores superueniunt. Laxatio peius malum, quod sciaticis

ticis possit contingere. Materia in sciatica non lapidescit, neq; in poros concrescit propter amplitudinem iuncturae & situs profunditatem, Ischiatricorum urina sanguinea, tenuis, intemperata, in dolorem si uenerit, acriorem ipsum fore ostendit. Coxendicum dolores uere & autumno fiunt ex malignitate humorum & frigiditate. Quibuscumq; Senibus & torpores uehementissimi sunt et perfrigerationes tum lumborum, tum crurum & qui pudendum erigere non possunt, & quibus aluus non nisi ad necessitatem coacta egerit & prodit ipsis multus stercoraceus muccus, his maxime diurnus morbus erit, praedicendumq; est annum ad minus duraturum esse morbum ab eo tempore quo incepit, & opem ad uer & astatem esse expectandam. Coxendicum morbus iuuenibus non quidem minus doloris inducit, uerum breuior est, nam quadragesimo die liberantur, sed neq; torpores uehementes accedunt, neq; perfrigerationes crurum ac lumborum.

Quibus coxendicum morbus est in lumbis ac cruribus, non autem affligit, adeo ut decumbant, considerare oportet, an alicubi sint collectiones in coxa, & interrogare an ad ignem dolor progrediatur, si enim ambo haec habet diurnus sit morbus, Interrogandum insuper an in femore torpores sint, & ad poplitem progrediantur, & si hoc confiteatur, rursus interrogandum an per tibiam ad summum pedem procedant, quicumq; enim pleraq; horum confessi fuerint, his dicendum est quod crura ipsis aliquando calida, aliquando frigida fiant. Si coxendicum morbus lumbos relinquens ad infernas partes feratur, aegros confidentes esse iube, si uero coxas & lumbos relinquat et ad supernas partes conuertatur, malum id esse praedicendum est.

Sciatici impedimentum generationis habent propter multitudinem affluxus humorum, ad loca uicina & maxime frigidi, in frigidantis uasa & sperma ipsum, Sciatica forti perseverante, extenuatur crus & coxa & pes notabiliter debilitatq; mouetur. Dolor sciaticus quandoq; ex toto
sanat

sanatur, ut non sentiat amplius quod in podagra raro fit. Sciaticis prolongatur scrotum propter communicationem materiei. Habenti dolorem coxæ si aduenerit rubedo in ancha quantitatis trium digitorum absq; dolore cum pruritu maximo, & desiderat olera frigida morietur in Vingtiquinq; diebus, hoc est mirabile & uerum prognosticum.

CURATIO huius morbi etiam si difficilis sit, propter profunditatem, & amplitudinem iuncturæ, rationeq; situs, tamen quoniam recte curationi cedit & ego per experientiam id uiderim, ea quæ utilia & ad curam necessaria erunt, subiungam. Quoniam igitur morbus hic raro ex sanguine ortū habet, faciliusq; eo qui ex humoribus frigidis pituitosisq; de quo diffuse satis postmodum dicetur, curatur, pauca de ipso dicenda inuenio. Ordinata itaq; debita uictus ratione, aluoq; aperta, quidam & ieiunium per duos dies iniungunt, uena brachij in principio eiusdem lateris incidatur & ad necessitatem reiteretur, deinde aperiantur uenæ iuxta poplitem & talos maxime si morbus sit ex repletionem uenarum coxæ & iam diuturnus, nam quidam unica euacuatione ex poplitis uena (quæ & communis seu mediæ in crure sicut illa in brachio dicitur) quæ quibusdam & popletica, sanitati restituti sunt, commodior enim fit per ipsam euacuatio, quæ per eas quæ in malleolis habentur, idest, saphenas & sciaticam, & iterum per sciaticam magis conueniens fit phlebotomia, quam per saphenam, licet sunt duo rami unius uenæ, hæc enim interior & saphæa potius, idest, apprensus quam saphena dicenda. Sciatica, uero exterior iuxta malleolos ramus est, perplexitas magna est uenarum pedis, & uix possunt in certos ramos distinctæ nomine aliquo proprio insigniri, ut imperiti sectoriæ artis faciunt, si enim diuersitatem distributionis quæ in diuersis cadaueribus conspicitur, considerarent, uix credo illos tres aut quatuor certos ramos constituturos.

Sanguine

Sanguine extracto sufficienti in quantitate, semel aut per uices, ad localia transcendendum, ex quorum numero apocrustica omnino prohibentur (etiam in quocunq; dolore sciatico) propter situs iuncturæ profunditatem multitudinemq; super incumbentis carnis, ne sanguis ex uicinis & ambientibus uenis musculisq; intro ad locum affectum pellatur, quidam tamen moti rationibus quædam ipsorum concedunt, modo sint debilia & calidi quid admixtum habeant, non omnino frigida, unde Embrocationibus aquæ, temperati caloris, locum humectant, oleoq; deinceps sesamino inungunt. Essent plura ponenda remedia localia, sed quoniam antea audiuitis per uenæ commodam sectionem & dietam conuenientem malum hac ex causa curari, nihil insuper addam.

Si Dolor sit ex bile quamuis raro ipsa mali causa sit, abstineant à uino, bibant decoctum prunorum, aquam sachari, Myrtorum, Berberis, uel asueti, aquam frigidam cum agresta aut uino granatorum. Commedant cucurbitas, portulacas, lactucas, Boraginem, spinachias, coctas, conditas lacte amigdalorum, saccaro & agresta, Item succum hordei seu ptisanam, pullos paruos alteratos herbis prædictis.

Humor præparabitur et educetur ut in arthritide biliosa dictum est, possunt & purgari hoc electuario, ℞ succi rosarum ℥. i. mellis uel sachari ℥. ij. scammonæ assæ in citonio ℥. i. datur a ℥. ij. usq; ad ℥. iij.

Vomitus etiam prouocatur decocto sem: atriplicis & syrupo acetoso.

Localia repercussiuæ in dolore ex materia cholericæ subtili, in corpore bilioso, macro, regione & tempore calido conceduntur, à leuioribus tamen semper inchoandum ut ℞. Muccaginis althææ, sem: lini, maluæ, psyllij, adipis Gallinæ, olei uiolacei, aceti añ partes æquales, confice cum farina hordei, & si calor esset fortis, abluatur oleum, & adeps, Confert & oleum ablutum & althæa cum adipe anseris. In fine addantur flores chamæmeli, meliloti, semen anethi & fœnuigræci.

Dolor

Dolor sciaticus ex materia melancholica raro euenit, curatur per debitam uictus rationem & solutionem alui, polipodio, Epithymo, Myrabolanis Indis & conuenientiaq; localia. Si esset ex materia adusta educatur folijs senæ, fumo terræ, agarico, Epithymo.

De materia mixta prorsus nihil dicam cum sæpius inculcatum sit, ubi, quæ in particularibus dolorum curationibus deficiunt, quærenda sint. Transeamus ad dolorem ex materia frigida, pituitosa seu muccosa, quæ huius mali ut sic dicam quotidiana causa esse solet. Victus erit sorbilis, modicus quandoq; & solidior & reparandis uiribus accommodatus, commendant perdices, phasianos, capones, pullos, cum acrium eduliorum per aliquot dies admixtione, Bibant aquam mellis, bonæq; coctioni imprimis prospiciatur, habita ratione non solum nocuenti prouenientis ex cruditatibus, sed etiam carnis ne se: generetur, abstineant à cibarijs diureticis, aluum lubricam teneant, nam ex ipsius cohibitione articuli grauantur & premuntur, neq; tamen semper profluat, quia imbecillitatem ipsis conciliaret, licet quidam ex cruenta dyssenteria sanitatem receperint.

Iubent nonnulli & in hac differentia uenam aperire, sed quid faciendum sit ex supra dictis colliges.

Deberem iam ponere syrupos preparatorios materie pituitosæ mucosæq; uerum cum exempla ipsorum plura in pituitosa arthritide habeatis, ad euacuationes accedam, quæ iterari debent ob plures causas, in interuallis uero uirtus roboranda ut & alias sustinere possit euacuationes siue fiant per uomitum, Enemata, uel diuretica, humoresq; interim paulatim preparandi, ut expulsionem obediens reddantur. Purgantia igitur medicamenta ipsis conuenientia per quorum solum usum, multis sanitas data fuit hæc sunt. Euphorbium mixtum speciebus ut sunt, piper, cinamomum, nux moscata &c. prodest & multum Hiera Ruffi, Hiera Hermetis, Item colocynthis eiusq; infusio quæ ante posita est, & à quibusdam cremor colocynthidos uocatur, educit enim phlegma crassum potenter, Exhibentur & pilule de Hermodactylo, foetide, de Thapsia, sarcocolla, Item & sequentes, & Myrabolanorum citrinorum, Embilicorum Turbit h

bith añ 3 iij Rosarum, sachari, zinz. Anisi, Hermodactylorum añ 3. i.
 piperis longi, stachados añ 3. s. Gariophilorum, croci añ 3. s. diagri-
 dij 3. i. Aloës 3. i. s. conficiantur cum succo iuæ aut rosarum, Item r.
 Turbith 3. i. s. colocynthidos 3. iij. Bdellij Gr. 15. aloës ad pondus om-
 nium formentur pillule, dantur pro uirium robore & humoris quantita-
 te. Alie præcipue si origo mali sit ex capite r. Turbith 3 iij. zinz. 3 s.
 Centaurei, colocynthidos añ 3 ij. s. serapini 3. s. Aloës succotrini 3 iij
 rosarum, salis gemmæ, masticis añ 3. s. Diagridij 3. i. s. conficiatur cum
 succo raphani Decoctum etiam sequens multum extollitur ab expertis,
 r corticum radicum apij, foeniculi añ 3. v. Colocynthidos, centaurei
 mino: ammeos, Zurumbet, Esulæ añ 3 ij. s. coquantur in W 1. s. aquæ ad
 consumptionem duarum partium & de ea sumatur quotidie 3. i. plus mi-
 nusue ad tuum libitum, Exhibent quidam agaricum cum syrupo acetoso.
 Vbi purgationibus reiteratis affectio non cedat, Enematibus acrioribus
 quæq; sanguinem extrahant, & dissenteriam inducant utendum & intesti-
 na ab earum usu rursus mitigatorijs, & excoriationem sanantibus medi-
 camentis eluantur, nam per dictorum infusionem multi sanitatem recepe-
 runt, nisi adeo fortis esset affectio ut uestione indigeret. Suaderem ego à le-
 uioribus inchoandum esse ut exempli gratia, r Mercurialis, Blitis añ M. i.
 fursuris, scenugræci, ameos, carui, centaureæ minoris, florum chamemelæ
 añ partem unam, coquantur in s. q. aquæ communis colentur in colatura
 dissolue, Benedictæ 3. i. serapini 3. i. salis gemmæ 3. s. mellis 3. ij. olei
 chamomælini 3 ij Miscæ fiat Enema. Vel fiat clyster ex oleis liliorum al-
 borum, chamomillæ, spicæ, anetino, cum croco, solis, aut decocto chamo-
 millæ, maluæ, meliloti, aneti, radicum altheæ, helenij, seminis lini, foenu-
 græci, carthami, siseleos, pœonia, Postmodum omittantur quedam dicto-
 rum eorumq; loco addatur hordeum fursur & c. clysteresq; mitigatorij
 & ablutorij fiant. Clyster alius qui citra acrimoniam euacuat humo-
 rem peccantem, cucumeris asinini radicem in tenuas partes concisam co-
 ctamq; percolato colaturæ mel immisceto. Infunditur etiam decoctum
 lupinorum cum oleo.

107

Fortiores fiunt ex cucumeris Asinini radice, colocynthide, felle uac-
cino, pyretro, centaurea, nasturtio, Thapsia, iure piscum salforum, Ru-
bia, radicibus capparorū, Euphorbio hoc tamen non nisi ultima urgente
necessitate adijciatur, clyster acris, ℞. Mellis, olei añ cyathum i. s. aquæ
centaureæ, Cyathos ij. nitri ℥ viij Terebinthinæ ℥ iij mixta infundantur
calida, calidumq; somentum ano subdatur, quo diutius retineatur (quod
et in alijs obseruandum) euacuat enim phlegma quandoq; et sanguinem.
Perseuerante malo pro aqua centaureæ decoctum ipsius infundendum eoq;
frequentius utendum. Euacuant etiam sanguinem Enematis modo
iniecta, semen Thlaspeos, succus el aterij, oleum sycionium, Muria etiam
salforum piscium, decoctum alliorum, Item suppositoria ex colocynthide,
sarcocolla.

Vomitus non postremum inter purgantia locum obtinet, confert e-
nim multum ratione diuersionis, unde a quibusdam salubrior ipsa purga-
tione per inferiora putatur, humores enim iuncturam petentes retrahit,
prouocetur ergo in principio mali per repletionem ciborum et potuum
acrium, incisiuorum et raphani, deinde progrediente malo per medica-
menta apropiata, ut flores et semen genestæ, cum aqua calida, Et infusi-
onem hellebori albi, Item decocto raphani, cum Baurac, aceto, oxymelle
squillitico, uel oxymelle composito, huc etiam referenda quæ in arthriti-
de pituitosa dicta sunt et in podagra dicentur.

Exhibentur et hoc in morbo diuretica calidiora, et quandoq;
sanguinem propellentia, cautum tamen quemlibet in ipsorum usu esse ue-
lim, ut ℞ farine Erui, anisi, fceniculi añ parem mensuram tundito cri-
brato et ℥ iij. s. cum ℥ uini dato, multa enim crassa per urinam
educit, abstimendum ubi purum prodire lotium conspexeris.

Centaureæ etiam minoris ramulos contundito, cribrato, & ieiunis cochlearum unum ex aqua calida dato, Radicem insuper rubeæ contundito, cribrato similiterq; præbeto, sanguinem per urinam ducit, quotidie autem sumentem lauato, Exhibetur & Irionis semen cum uino, Item smyrnij, Item seminis, nasturtij ℥. i. cum uino, Item corticis radicum capparis ℥. i. cum uino. Et radicis Iridis ℥. i. cum passo, Ruta syluestris & domestica eum decocto anisi, Symphitum petræum coctum in uino mulso, Symphitum hoc pauciorunt, monstratum mihi primū in Italia Senis a præceptore meo Physico & Chyrurgo excellentissimo, Tideo Monterculeo, adeo descriptioni conueniens, ut nullum subsit dubium ipsum esse uerum Dioscoridis symphitum, Inueni eandem plantam & in collibus circa Marienbergum & Montem Sanctæ Annæ, Datur & decoctum rad: Altheæ, uel centaurei minoris, A proprietate etiam occulta, licet & qualitas manifesta in ipsis quid possit, sciaticis conueniunt, Decoctum pulegij cum aceto. Ammoniaci ℥. i. cum melle & aqua hordei bibita, Item seminis hyperici ℥. i. pota cum aqua (quidam etiam eiusdem floribus utuntur) aut aliquo alio decocto apropiato, huius solius seminis per aliquot dies continuato usu uxorem boni nominis cuius quinquaginta annorum in Monte Sanctæ Annæ ab Ischiade liberaui, post tamen conuenientes purgationes & localia, quæ antea obambulare non poterat. Idem præstare dicitur chamæpitidis, per quadraginta dies pota (ego ueram chamæpitim in nostris pharmacopolijs adhuc non uidi licet Italiæ sit frequentissima, unde ad nos sicut aliaq; plurima possit aduehi). Et decoctum uel infusio Asari, Dantur & Bacce Iuniperi cum uino, Bitumen in catapotijs deuoratur, carpobalsamum ex aqua mulsa bibitur. Exhibetur & castorei ℥. i. cum opppanacis ob: iij. Et succus cyrenaicus, erui magnitudine, exacerbationes etenim diffundit. Item, & sabine ℥. ij. piperis, Baccarum hederæ, foliorum rutæ añ ℥. vi. chamædryos ℥. iij. datur ℥. i. pro uice ex uino. Cortex etiam radicum capparis cum aceto uel melle assumptus per urinam, aut secessum sanguinem educit unde liberantur.

In dolorum uehementia et opiata soporiferæq; medicinae conceduntur,

tur, ut antidotus pæonia dictus cuius compositionem ex Aetio petes, Item philonis, Ad annum quoq; puluis sequens secundum canones in pituitosa arthritide datos exhibetur, ℞ chamædryos ℥ iij. Gentianæ ℥ ij ℥. ij. Aristolochiæ rotundæ ℥ xiiij. seminis rutæ ℥ vi ℥. ij. tussis cribratisq; omnibus misceantur, & de puluere hoc quotidie detur cochleare unum, cum aqua frigida stomacho ieiuno & coctione probe facta, Similiter & propinatur Antidotus de Hyperico in trociscos ℥. i. formatus, cuius compositionem sub arthritide habes. Expedita doctrina eorum quæ ad intra sumuntur, nunc ad localia transcundum. Prohibentur autem maxime hac in iunctura localia repercussiuua (nisi doloris urgeat uehementia, nam tunc melius est materiam incrassari in crudariq; quam ut uirtus prosternatur concedere) nam materia per ipsa intro repulsa, quandoq; dislocationis causa fuit, licet & alias ob occasiones facile in hac doloris specie eueniat, neq; acrioribus insistendum qui enim talia in principio ante euacuationem imposuerunt, ægerrime sanabilem affectionem reddiderunt, cum à talium usu humores assationi simile quid perpetiantur, & ad suppurationem quandoq; perueniant, quare aqua calida primo fouendus est locus & temperatis cataplasmatibus, fomentis, sacculisq; utendum (maxime ubi cogente necessitate ante uniuersales euacuationes localia adhibentur) ut ex floribus chamæmeli, meliloti, Aneti, rosarum, fursure, si fortiora cupimus addatur stæchas, saluia, absynthium, Helenium, Mitigetur item dolor limimento ex oleo chamomelino, Anetino, adipe anseris, muccagine sem lini, foenugræci, Item foenugræcum in fictile uas coniectum, & posca sufficiente affusa per integram noctem macerato, mane ad ignem donec soluatur coquito, deinde terito & affuso melle calefactum & linteolo exceptum loco affecto imposito, colligatumq; sinito per duos aut tres dies. Aliud, ℞. radicem symphiti ℥ vi. in tenues partes concisas in pila testacea enixiterito, deinde mannae ℥ iij. ouorum recentium candida tria cum luteis, adijcito rursumq; tritis addito, Adipis suilli ueteris ℥. i. unito & linteolis excepta imposito, Item ℞ foenugræci mola triti, corticum rad: mandragoræ, mannae añ ℥ i. s. oua cruda recentia num: v. rad: maluæ symphiti añ

ti añ **W. s.** carnis cochleæ terrestris ꝛ viij apparatus, sicut præcedens. Vfus tempore, adipis suilli partes duas, medicamento partem unam sumito, unito & in linteolo extensa imposito, fiant etiam cataplasmata ex semine lini, foenugræci, farina loliacea, cum radicibus Altheæ, Et fomenta ex milio frixo, & sale in sacculis calefacto, Farinam item lupinorum in aceto mulso aut posca decoctam imposito, conficiatur & emplastrum ex Althea, farina hordei, semine lini, foenugræci, incorporatis cū Butyro et pinguedinibus auium, Item ꝛ panis porcini combusti cinere & aceto. Reliquæ partes fascijs colligandæ & fricandæ. Irrigationes autem super locum affectum fiant, ex oleo scyionio superposita lana conuoluta calida. Queda totum corpus & etiam coxas fricant, modo non sint ulceratæ ut humores coacti dissoluantur, Si autem dolores essent intollerabiles, papaueris calices in aqua mulsa coquito, ipsiq; abiectis farinam hordeaceam aquæ mulse inijcito & imposito, uel calices papaueris uirides terito & adspersa polentæ farina in pastillos redigito, & in umbra siccato, usu expectante in aceto dissolutos & calefactos imposito. Inungatur etiam locus oleo rosaceo, deinde ꝛ. olei cyprini cyathos iij, aceti cyathos. ij. Nitriciathum unum, sem: Rosmarini, ciathum dimidium, bulliant simul & cum lana succida adhibeto quotidieq; renouato, utentes enim quidam hoc, alijs non indigere. Postmodum superponatur loliacea farina cum cucumeris syluestris radice, nitro, calamintha, semine Rosmarini, Baccis lauri. Valet & multum sola calamintha, cum aqua mulsa aut aceto mulso imposita, Tradunt quidam quod cum maxime dolent sciatici, si quis modulis leuibus incinat, minui ipsorum dolorem, Radix pæoniæ maris alligata circa lumbos filo lineo per experientiam a proprietate sciaticis confert.

In statu resolutiua fortiora & tenuioris substantiæ, quam in alijs dolorum differentijs esse debent, propter iuncturæ profunditatem, & materierum plerumq; multitudinem non neglectis in eorum mixtura emollientibus.

Lauda

Laudatur autem inter cetera aqua ardens, si linteola in ipsa madefacta calida superponantur. Item, \mathcal{R} Adipis ursini quantum uis, misceatur cum stercore caprino & croco imponaturq; Inungantur & oleo costino, liliorum alborum, de spica, per se uel admixto aceto & cera. Transeundum deinde semper ad resoluentia fortiora, & de profundo materias ad superficiem trahentia, fiat ergo emplastrum ex pice & Resina, & Embrocetur locus cum uino decoctionis Thymi, origani, satureia, ruta, Item inungatur locus melle & inspergatur puluis nasturtij, Emplastretur etiam locus folijs helenij coctis in uino. Item \mathcal{R} olei costini, Irimi añ \mathcal{Z} . \mathcal{S} . olei Terebinthinae, oesypi humidae, armoniaci añ \mathcal{Z} . \mathcal{I} . Galbani, castorei, croci Euphorbij añ \mathcal{Z} . \mathcal{S} . centaurei mi: pyrethri añ ob. \mathcal{I} . \mathcal{S} . succi Iuae, maioranae añ \mathcal{Z} . \mathcal{S} . uini maluatici \mathcal{Z} \mathcal{I} . olea, succi, & uinum bulliant ad inuicem cum herbis calidis ut calamento, saluia, origano, acoro, asaro, usq; ad uini consumptionem, postea coletur & positus ad ignem, addatur armoniacum, Galbanum, oesypus humida & cum dissoluta fuerint, etiam Euphorbium (quidam tantundem gummi hederæ addunt) sublatis ab igne addatur oleum Terebinthinae, castoreum & omnia bene incorporentur, prodest & decoctum Asari ex uino. Et nasturtium cum sauich hordei, pauco aceto & cinamomo, Item steruus columbinum cum sinapi, uesticas enim trahit, steruus caprinum Emplastratum. Emplastrum ex origano pentaphillo, ruta, calamento, abrotano, cardamomo, rubea tinctorum, & melle, & Baccarum lauri, oleumq; ipsorum. Item \mathcal{R} oleum antiquum uel amurcam olei et in ipsis infunde grana Iuniperi, grosso modo contusa, bulliant & in fine adde modicum aceti, exprimatur, coletur, & rursus ad ignem addatur parum ceræ & cinamomi, fiatq; unguentum. Aliud mirabiliter iuuans \mathcal{R} . fenugraci \mathcal{Z} \mathcal{I} . \mathcal{S} . Baccarum lauri nu: xiiij pilularum cupressi nu: iij sabinae \mathcal{Z} \mathcal{I} . \mathcal{S} . Rosnarini, olei dulcis ac ueteris, ceræ, Resinae pini, añ \mathcal{Z} \mathcal{I} . \mathcal{S} . Terebinthinae \mathcal{Z} . \mathcal{V} . succi hederæ \mathcal{Z} iij aque \mathcal{Z} . \mathcal{X} . Herbas contusas per triduum in aqua macerato,

dein

deinde adiecto oleo coquito sufficienter, percolato, & liquecibilia liquata affundito, & hederæ succum cum aceto diluito, refrigeratis deinde liquefactisq; omnibus & in mortarium fustis diligenter unito. Radicem pæoniae in oleo ad triduum contusam, & quarta die paulatim coctam imposito, Commendantur & aquæ Thermales sulphuræ, nitrosæ, salsæ, aluminosæ, Bituminosæ, Herinaccū etiam uiuum terrestrem in ℥. ij. olei donec liquecat coquito, deinde extracto farinae adarces ℥. ij. oleo iniicito, & olei cyprini ℥. i. addito Misce & illimito. Minime & reticendum salubre duxi oleum uulpinum meum, quo multos sciaticos iuui taliter ut etiam decumbentes pedibus proprijs sese committerent rursus, sicut plures qui eo usi sunt testes esse poterunt, & per Italiam multisq; alijs in locis, unicum tamen testem adducam Nobilem doctum & literarum græcarum peritissimum, Arnoldum Artenium, qui cum ex casu super ancham per plures menses claudicaret, multosq; per aliquot uniuersitates Italiae Medicos cōsulisset, Thermasq; paduanas & lucenses uisitasset, sciaticus enim ex causa externa casu sc: erat, & non nisi bacculo innitens ambulare poterat, tandem & ego ab ipso per amicos rogatus in curam ipsum suscepi, eius locum affectum post uniuersalium usum oleo illo frequentissime perungens, cum autem post paucas septimanas iterum florentiam redirem forte fortuna in bibliopolio cuiusdam Galli obambulantem amice salutauī. Modus præparandi oleum hic est, Vulpem exemptis interaneis in aliquot frustra diuidito, relicta carnibus pelle in oleiq; dulcis & optimi ℥. xx. & uini clari antiqui ℥. iij. conijcito, addendo foliorum & seminis hypericonis, contusorum M. iij. Baccarum Ebuli M. vi. bulliant donec uinum absumat, & caro ab ossibus decedat, semper lignea rude agitando ad minus per sex, uel septem horas, coletur deinde oleum & reliqua torculari exprimantur, misceantur & in uase uitreo reponantur, donec quod crassius est subsideat purumq; clarum & polichreston oleum denuo colo angustiori transmissum habeatur, non solum ad sciaticam, sed etiam alios iuncturarum dolores utilissimum.

Fortiora sunt & maxime ad inueteratas affectiones præter inferius
iam

113

Tam paulo post ponenda, oleum de uulpe, quod ab alijs autoribus & bene sic preparatur, Accipiunt uulpem integram interiobus euulsis coquantque ipsum in uase terreo cum aqua salsa, uino & oleo, addunt insuper saluiam, Rosmarinum, Anetum, maioranam, Baccas Juniperi, donec uinum absumatur & caro ab ossibus recedat, exprimunt deinde omnia torculari et percolato oleo ceram rubeam admiscent ut cerati consistentiam acquirat.

Accipiunt & quidam anserem pinguem deplumatum implentque ipsum carnibus salis pinguibus admiscentque salis communis triti, armoniaci, salis gemme, aluminis añ ℥ 1. Euphorbij castorei añ ℥. s. & dictis omnibus repletum assant, quodque dum assatur, destillat, colligunt eoque locum affectum inungunt, Addant alij chamæpythin, Irin, pedem columbinum, coruinum, Hermodactylum, parietariam, rutam, marrubium, cucumerem Asininum, folia hederæ, omniaque conclusa, distillant in Alembico & aquæ destillatæ parum uini ardentis commiscent, & linteola ipsi imbuta loco affecto superponunt. Robustiora dictis adhuc sunt, & castorei, opopanacis, Euphorbij, oesyphi liquididi, ammoniaci, Thymiamatis, Galbani, Terebinthinæ añ ℥. i. Medullæ ceruinæ ℥ ij styrcis ℥. s. olei styrcini ℥ ij. Irini ℥ iij piperis ℥. s. ceræ, sycionij, olei ueteris añ ℥. s. Ammoniacum, Galbanum, opopanacum cum uino terito, liquecibilibus liquatis reliqua affundito, unito, styrcem in pila contundito, paulatimque ex pharmaco eo addito ubi dissoluta fuerit cum reliquis unito ac utere. Item & ceræ, picis liquidæ, picis aridæ añ ℥ iij sulphuris uiui, aluminis scissilis, nitri rubri añ ℥ 1. s. liquecibilia liquato, crudaque trita ipsis inspergito, & in mortario posca madefacto commisceto, emollito, ac utere. Item & opopanacis ℥ iij. in aceti cyatho uno dissoluito deinde ceræ ℥ ij. cum ℥ iij olei cyprini liquefacito, refrigeratoque ac leuigato ad dissolutum opopanaca conijcito, unito, ac utere. Item & phu, Mannæ, oesyphi añ ℥ 1. s. Ammoniaci, Thymiamatis ℥. ij. Aluminis scissi, æruginis añ ℥. s. ob. s. Terebinthinæ ℥. v. spumæ nitri albæ ℥. s. opopanacis ℥. s, ob. s. Galbani ob. 1. s. Medullæ ceruinæ ℥. s. ob. s. olei cyprini melini añ ℥. s. ceræ, mellis añ ℥. v. olei ueteris ℥ 1. s. Aeruginem, Ammoniacum, man-

Q

nam,

nam, alumen, opopanax cum modico aceti tere, eiusq; liquefacta affun-
 ne, & inueteratis doloribus adarces & euphorbij añ ʒ i adde. Et in bal-
 neo inungatur sequens ꝛ. Euphorbij, adarces, ueratri nigri, castorei, py-
 rethri, piperis, staphidis syluestris añ partes æquales redigatur cū oleis con-
 uenientibus in formā unguenti. A Balneo laudatur hoc, ꝛ picis aridæ ʒ i.
 5. sulphuris uiui ʒ i misce & calido adhuc corpori inspergatur cartaq;
 integatur. Inspergimina similia, ꝛ farinam lupinorum, eamq; in Balneo in-
 spergito & in exudatoria tabella prostratum sudare finito. Aliud ad af-
 fectiones inueteratas ꝛ. costi, piperis albi, pyrethri añ ʒ iij nitri ʒ. i. fecis
 uini ustæ ʒ i. 5. contusa in balneo inspergito, Item ꝛ. costi pyrethri añ
 ʒ iij Nitri ʒ. i. piperis albi, adarces, Euphorbij añ ʒ. i. fecis uini ustæ ʒ
 i. 5. contusa inspergito in Balneo. Et ꝛ picis aridæ ʒ. i. sulphuris ʒ. i.
 terito, misceto, & prælotto ægro, dum corpus adhuc calet. inspergito, &
 cum carta contegito, potest tamen & æger lauari carta adhuc inherente,
 pulueres huius formæ, qui uoluerit, plures ad libitum preparare poterit,
 nos reliqua localia recensēbimus, ex quibus pro tuo arbitrio, ad conditio-
 nes præsentis utilia eligito. Unguentum ad sciaticam ꝛ. cere citrinæ ʒ.
 iij liquefiat cum olei libra 5. & uini optimi tantundem, bulliant ad con-
 sumptionem uini, adde postmodum Euphorbij in puluerem redacti ʒ. ij
 beneq; commisce. Lytargirium etiam tritum cum urina & melle promit-
 tit inunctum sanitatem ægris, Et spuma que adheret arundinibus uel alijs
 uirgis aut herbis in aqua, illita multum confert. Item urtica contusa cum
 sale. Suffumigatur etiam locus cum uino decoctionis Bardane aut uerbasci,
 hisq; Emplastratur Doctores Italie quidam Intestinis animalium
 magnorum, affectum non solum in sciatica, sed & alijs articulorum dolo-
 ribus inuoluunt, nobis sufficiant mille alia, cum delicati uix persuaderi
 possint ut etiam mundioribus utantur, Emplastrum attrahens ex profun-
 do & resoluens, ꝛ seminis rute syluestris ʒ. ij. sylphij, Baccarum lauri,
 aphronitri, colocynthidos, cordumeni, aneos, añ ʒ. iij. 5. rute recentis
 ʒ i. 5. adipis tauri, tantundem, Galbani ʒ iij opopanax, sulphuris uiui
 añ ʒ ij. & adde picem, ceram, resinam, Terebinthinam & ammoniacum,
 forme

formeturq; Emplastrum. Laudatur & petroleum utrumq; album sc: & nigrum. Item oleum philosophorum, de piperibus, de helenio, castoreo &c. Item & Thuris, Euphorbij, Ammoniaci, Thymiamatis, pyrethri, picis, ceræ añ ʒ 1. 5. Resinæ pinus aridæ, olei cyprini añ ʒ iij fellis taurini ʒ 1. 5. Thus, Euphorbium, ammoniacum, unumquodq; per se cum felle terito, liquefcilibus liquefactis, pyretrum inspergito & commisceto. Aliud ad morbum iam diuturnum, & olei ueteris ʒ ij Irini, styracini, Baccarum lauri añ ʒ 3. vi. Terebinthinæ, Euphorbij, Ammoniaci Thymiamatis, castorei, piperis, opopanacis, Galbani añ ʒ 3. ij. medullæ ceruinæ ʒ iij. 5. liquefcibilia liquato, ad arida affundito, & unito, cruda uino terantur. Aliud bonum, & ceræ, resinæ pinus añ ʒ 1. 5. Terebinthinæ, funi columborum syluestrium, fecis uini ustæ recentis añ ʒ 3. vi. Galbani ʒ 1. 5. misce. Iberiden etiam herbam perfecte ipsos restituere probati affirmant autores, si integra cum axungia ueteri trita, articulo & cruri uiris per quatuor, mulieribus per duas horas imponatur, deinde ad Balneum ducti in solium descendant & acrimoniam perferant, sic enim importati à se ipsis egredientur, à balneo uinum & oleum commisceto & locum foueto, deinde abstersione panno aspero facta, mollibus lanis Crus contegito, & si non sanentur post decem dies, repete remedium. Inungitur etiam commodissime à Balneo mane & uesperis, oleum de Rana rubeta, cuius præparatio sub cura potagræ dabitur, ego mirabiles uidi huius olei per experientiam in resoluedis tumoribus, pituitosis, oedematosis scrophulisq; effectus, Laudatur & in Ischiade unguentum saltatoris orchastæ, positum ab Actio. Item Martianum magnum.

Sarcocolla præterea Emplastri modo inducitur, ut humores ex alto extrahat. Vbi dicta hæcenus remedia affectio respuat ad rubescantia, & uescas trahentia confugiendum, reputando ea inter cauteria potentia ut paulo post dicetur, non enim nisi pauca declinationi conuenientia inter hæc & actualia inferentur. Parantur er-

go ex cepis, Allio, melle anacardino, lacte Tithymali & ficus, à leuio-
 bus tamen semper inchoandum & mitigatorij quid admiscendum ne in to-
 phos materiae conuertantur. Malagma compositum cutem rubificans &
 ex alto materias euocans, & colophonie ℥iij cera ℥viij. s. foenugraeci ℥ij.
 Iridis ℥iij sinapis ℥ij nitri ℥. s. nitri cū ℥. i. aceti terito, deinde reliqua
 arida in spergito, simulq; terito & affusis liquefactis unito & utere, cucur-
 bita tamen ante eius impositionē loco affigenda, Heleniū cū folijs tusum &
 superpositū rubificat, Et apium tritū. Pustulae autē eleuatae aperiri debent
 & apertae teneri ut humor possit emanare. coquatur quoq; Thapsia, donec
 uirtutē eius aqua imbibat. inspissetur, & lana ipsi imbuta ancha superpo-
 natur, postea picem pergameno super extensam calefactā super imposito,
 & p̄ horas quinq; uel ut quidam uolūt septem nō soluatur, q̄ si hoc reme-
 dio nō sanetur, sinapi cōtusum imponatur donec rubesciat locus. Vnguentū
 fuscum pharmacopolarum pustulas excitat. Violentum est & hoc, & picis
 liquidae ℥i. s. fecis aceti ℥. i. Baurach ruffi ℥. ij ob. i. sulphuris staphlisa-
 griae añ ℥. s. pyretri ℥. i ob. i. nasturtij ℥. ij, ob. i. cera q. s. liquefiant
 cera, pix, reliqua in puluerem trita admisceantur, Inungatur quoq; ancha
 melle, & inspergatur puluis nasturtij, Item, & cere ℥i styracis, satyrii,
 aloës añ ℥iij Ammoniacci Thymiamatis ℥. s. croci ℥. ij. pyretri, opopa-
 naxis, Galbani añ ℥. ij. Thuris ℥. ij. olei ueteris ℥. i. in aestate uero saltem
 ℥. s. apparato & utere, Aliud efficac, & olei ueteris ℥. s. plumbagi-
 nis, salis communis, Terebinthinae añ ℥iij squammæ aris ℥. vi. aeruginis,
 radicum herbae lanariae, chamaeleontis nigri, rad: aristolochiae, sinapi añ
 ℥. s. quandoq; adduntur cachryas ℥. ij. uel eius loco tantundem pyre-
 thri. Aliud quod statim post exacerbationum remissionem imponitur, &
 cere, Terebinthinae, uisci, Galbani, myrrhae, Iridis sicca, añ ℥iij olei cy-
 prini q. s. Galbanum in mortario cum cera contusum & emollitum cum
 cyprino liquefacimus, deinde ablatis ab igne uiscum inijcimus, & ubi disso-
 lutum fuerit Irim inspergimus & ad myrram cum aceto tritam in mor-
 tario affundimus.

Aliud, salis ℥. vi. picis ℥iij olei ℥iij cerussae, ℥i. s. salem per se
 quam


quam tenuissime terito, similiter & cerussam, deinde oleum ad ipsa in mortaria affundito & postquam sufficienter triueris excepta usq; quo manus non inquinant coquito, ad lentum ignem, deinde picem liquefactam & percolatam inijcito, & rursus ad compagem quae manibus non adhaereat reducito & utere. Aliud, cerae, picis liquidae, aluminis liquidi añ, liquecibilia liquata ad alumen cum aceto tritum affundito, emollito ac utere. Potest & post quodcumq; rubificatiuum pix imponi.

Ad cauteria ultimum sc: remedium, nunc descendendum & tertium artis medicae instrumentum ne quid omittatur, nam quandoq; uehementia affectus (licet raro accidat) materias ad suppurationem perducit, nonnunquam & laxatis neruis, ligamentis, tendinibusq; colligantibus uertebrae e cotyle suo exilit, unde inustione opus habemus ad humoris inculcati emissionem, Scio quosdam a ferramentis abhorrere, quare potentialium materias prius subijciam, licet & in praecedentibus quaedam ipsorum commemorata sint, ex quibus unum solum eligere uel plura commiscere fas unicuiq; erit, ut sunt, sinapi album, stercus caprinum, pyretrum, colocynthis, Baccae lauri, nitrum, sulphuruiuum, opopanax, ammoniacum, Asphaltum, staphisagria, Anacardus, & mel eius, Euphorbium, castorium, asa foetida, cordiumeni, cucumer Asininus, centaurium, costus, calamamentum, Aristolochia.

Actualia uero cauteria securitatem doloris sciatici faciunt (quidam ut a leuioribus initium sumant ante ipsorum usum, praecipue ubi indissolubilis humorum compactio a nimio acrium usu in loco facta fuerit, cucurbitulas cum multa flamma & scarificatione coxae adhibent, quandoq; & hyrudines) ipsorum autem formae & modi, usus uarij admodum sunt, omnibus concessum est conuientes & aptas ipsorum formas figurasq; ad suas intentiones excogitare, quaedam igitur ipsorum triangulo assimilantur, in eminentijs nodos ad formam iunctorum dactylorum habentia quale est hoc.


Q. 3.

Quaedam



Quaedam circulo ferreo similia sunt, horum præcipuus
usus est in dislocatione uel cum dolor in coxendicis
articulo firmatur ut hæc.


Aliud cultellare dicitur talis figuræ.



Est & aliud cauterium in quatuor ramos æque distantes, diuisum
quorum quilibet in extremitate habet Globulum forma fructus oleæ.



Et quod cochleare rotundum dicitur, quatuor eminentias
in modum nuclei dactylorum habens.



Tot autem ramis, eminentijs, ideo effor-
mantur cauteria seu instrumenta dicta ut
unica impressione ipsorum operatio per-
ficiatur, ne sæpius ægros cruciare neces-
sum sit, notandus uero prius locus aptus
atramento ad proportionem distantie
ramorum cauterij, ut expedite operari possimus, Vbi ergo dolor sciaticus
fuerit

fuerit cum laxatione femoris, inurendus locus circa iuncturam cauterio in quatuor ramos diuiso, uel triangulo aut cocleari rotundo, si uero dolor sit diuturnus absq; luxatione locum conuenientem simplici cauterio eliges, altius id imprimendo, propter carnis iuncturae superpositae multitudinem, nam ut hic effectus sequatur quidam statim post impressionem actualis cauterij, erodentia medicamenta imponunt ut profundior fiat exulceratio, quo humores possint commodius effluere. Collocabitur autem aeger in latus sanum locusq; causticandus circum ungetur (ut & supra dictum est) defensiuo aliquo, quod affluxum materierum inhibeat, unaque impressione seu ictu, iusta profunditas tota sc: cutis spissitudo inuratur, ne tamen iunctura contingatur sed prope ipsam accedatur, & ubi post operationem erodentia etiam seu corrosiua medicamenta essent imponenda, contegantur cepa cruda contusa cum Butyro. Quandoq; etiam in crure & locis sub coxae articulo, etiam in pede prope digitum minimum in hac affectione cauteria inuruntur, praecipue cum dolor ad inferiora descendit, quo autem in loco commode fiant in cura podagrae explicabitur. Quidam non ferreis aut argenteis utuntur instrumentis, sed radice aliqua solida ut struthij, uel aristolochiae. Antiquiores Medici pilulis stercoris caprini urebant, operatio cum ipsis, quoniam uaria, exoleta, praecipue in nostris regionibus, horribilis quoq; & crudelis, a nobis consulto omittitur, qui ea scire desiderat Medicos Graecos, & Dioscoridem in capite de fimo caprino consulat.

Debent insuper cauteria aperta teneri imponendo ulceri cicerem, uel ceream spherulam donec humor noxius egrediatur, terminus a quibusdam ponitur quadragesimus dies, quoniam in prognosticis habuistis & hunc doloris iuncturarum esse metam.

Quidam & uentosas cum scarificatione ut paulo ante dictum est, commendant, considerent doctiores, sicut & hirudinum appositionem, ambo enim haec remedia quod crassum est relinquunt, tenue tantum extrahentes. In diuersione autem humorum cucurbitulas non reprobamus, sicut nec ligaturas arctiores & frictions superiorum, ubi dolores essent nimium uehementes.

Hæc

Hæc de coxendicum morbo beneuolis sufficiant, cum auari semper pluribus indigeant, potuissim & ipsis quoquo pacto satisfacere, si uolumen, non tractatum scribere ab initio proposuissim.

DE GENVVM DOLORE,

CAP: XXIII.

Genuagra seu Gonagra dolor genuum intensus est, quandoq; cum tumore quandoq; sine tumore, Oritur ab iisdem causis quibus & reliqui iuncturarum dolores, addunt quidam comestionem erui, signa ex Arthritide huc referenda sunt.

Prognostica, Dolor genuum inter omnes articulorum dolores excepto sciatico difficillime curatur, ob profunditatem & amplitudinem iuncturæ. Materia doloris genuum nuncq; aut raro in tophos concrefcit. Dolores genuum inueterati uix citra uestionem finiuntur, Equitare ei cui genua dolent inimicissimum onus est: Aphorismus hic potius sub exercitia ipsorum referendus.

Dieta, digestio, & humorum expurgatio in hoc casu conueniens, similisq; cum sit uniuersali cuilibet causæ supra traditæ, earũ, enumeratio nem hic prætereo, pauca his a propria tantum recensens. Dicunt autem res Turbith educere humores crudos è genibus, Et in dolore maximo antiquo, quasi per totum annum, certis tamen interuallis sequentes exhibent pilulas, \mathfrak{R} . colocynthidos gr: xv. Turbith boni \mathfrak{z} . i. centaurea min: \mathfrak{z} . 5. zinz. \mathfrak{z} iij castorei gr: xv. serapini \mathfrak{z} . ij. Medullæ cartami \mathfrak{z} . ij. formentur pilulæ, dosis ad arbitrium Medici.

Vomitus etiam non omittendus, quoniam multum prodest. Diuretica quoq; continuari debent, maxime in naturis & morbi causa pituitosiore, unde commendantur decoctum asparagorum, Hypericonis, Lignum etiam aloës potum confert dolori genuum maxime uentoso.

Localia a propria dolori genuum tumoribusq; eorundem, sequuntur. Conueniunt ergo in principio & apostemate calido, folia populi arboris

boris trita imposta. Item folia platani uiridia contusa. Marmoris etiam ramenta lota siccataq; & cum oleo rosaceo trita illita. In dolore frigido conueniunt oleum costinum, Item linimentum factum ex stercore uacino & aceto, mirabiliter enim materias ad cutim trahit, coquatur & fœnugræcum in aceto limphato aqua bulliatq; donec dissoluatur, distemperetur deinde cum melle & pauca aqua impostumq; per triduum non soluatur, Confert & oleum de nucẽ Indica uetus cum pari portione olei fisticorum, Et emplastrum factum ex folijs oleandri decoctis in oleo maxime in doloribus inueteratis. In progressu laudatur oleum de Euphorbio, Quoniam autem ut paulo ante inuimus, dolor huius iuncturæ, plerumq; tumorem præ alijs iuncturarum molestijs manifestum & euidentissimum adiunctum habet, eum discutientes medicinas ponam, Mala igitur punica acida cocta leuigataq; et applicata tumores genuum laxos discutunt. Item fex aceti cum adipe uetusto & calce uiua superimpositus, Et sphagnos mixtus nasturtio aquaq; salsa tritus, uel succus è centaureo minore. Item accipe stercoris ouium, farine hordei q. V. mixta cum aceto illinantur, Item, *℞.* Myrrhæ, Aloës, Ammoniacy, Thuris añ dissoluantur cum uino cocto & illinantur. Et euphorbium tritum mixtum cerato facto ex oleo narcissi, aut liliorum alborum, Imponatur & fel taurinum mixtum pice & melle.

Vtebatur præceptor meus Senis ad discutiendos tumores genuum aceti acerrimi lateribus ignitis aspersi fumo. Iusquiami albi herba cum stercore ouino & aceto contusa tumorem genuum tollit, Idem præstat farina hordeacea cum stercore caprino, quidam myrrham adiiciunt. Ad tumores diuturnos & inueteratos, *℞.* lapidis Gagatis ʒ. i. Marcastiæ ʒ. 5. stercoris caprini & columbini añ ʒ. 5. misceantur cum pinguedine porci antiqua, modico oleo rosaceo & aceto fiatq; Emplastrum, Item *℞.* Bdellij, opopanacy, adipis añ liquefiant & superponantur.

Requirit quandoq; & hæc doloris differentia cucurbitulas & cauteria, Debent autem (ut quorandam est opinio) trium uel quatuor digitorum spacio supra iuncturam inuri, quo materia antequam ad locum af-

R

fectum

fectum perueniant effluere possint, in principio fluxionis et etiam postmodum, quia semper debilibus & dolentibus iuncturis aliquid influit, & ubi debitas diuersiones, euacuationes, & reliqua medicamenta dolor respuat. Imprimuntur etiam sub iunctura genu in parte syluestri, locum conuenientem hoc pacto inuenies. Nodum indicis primum extuberantiae fibulae iuxta iuncturam in parte exteriori & syluestri applicabis, manumq; tibiam uersus extendendo extremitate annicularis aciem tibiae continges, & sic angulus quem minimus & annularis constituunt, locum impressionis candentis ferri monstrabit, melius autem erit metiri manibus patientis utpote magis proportionatis ad hoc. In multis diuersi generis affectionibus, hoc in loco cauteria inuri a praeceptoribus in Italia uidi, nostri quae ad salutem & sanitatem utilia consuluntur, crudelia & impatibilia existimant eaq; formidant, cum quae mortalia infliguntur uulnera flocci pendant & quandoq; exoptent.

Quomodo autem, quibus, & quando inuri debeant, aliquoties iam ante audiuistis, quare nihil in super addam, ne eadem saepius repetita legentibus nauseam pariant, Haec de Gonagra breuiter dicta sufficiant.

DE PODAGRA,

CAP: XXIII.

Podagra (siue legotta Italica) est affectus pedibus eueniens reuersiuus, laborem & dolorem inferens patientibus neruis, tendonibus &c. cum calore quandoq; & frigore, tumore, tensione, uel sine. Nomen malo inditum est a loco affecto, pedibus, sc: nam ab his initium sumit, ita ut quibusdam etiam in principio magni digiti pedis articulus doleat, alijs calcanei extremum, nonnullis cauum pedis, ut etiam inde pro multitudine humorum, ipsorumq; qualitate et iuncturarum dispositione, malum paulatim & ad alios articulos proserpat ut ab initio dictum est. Quidam graecorum sicut & nostrates, per nomen podagrae (ut cap: primo dictum est) arthritim

124

thritim intelligūt, unde quæ ad podagram ab ipsis ordinata sunt remedia etiam aliarum iuncturarum doloribus conuenire per experientiam quotidie uidemus.

Quare cum talis sit similitudo generis a nobis positi, cum hac locali differentia, superfluum duxi, signa causasq; omnes præter has sibi quoquo modo proprias recensere, ut sunt crepidæ, calceamenta, ocræq; stringentes & coarctantes pedes, ipsorum refrigeratio diuturna, lotio frequens ex aquis calidis dulcibus maxime uesperis sicut consueuere nostrates.

Prognostica, Podagram iam consistentem corrigere operosissimum est citra rectam methodum, uerum eam quæ nondum facta est præcauere facile: Eunuchi neq; podagra laborant neq; calui fiunt, Mulier podagra non laborat nisi menstrua defecerint. Puer podagra non laborat ante usum ueneris. Positi tres aphorismi ad causas, quarum mentionem faciunt respiciendo, ueri sunt, præcipue tempore Hypocratis, moderate enim in omnibus tum uiuebant, iam uero maxime nostris temporibus & regionibus usq; adeo multiplicatur edulia, potus, commestationesq; & ebrietates ut nihil ultra eis addi posse uideatur, unde & infirmi reperiuntur in omni sexu, ætateq; podagrici, & quod peius est etiam circa annos pubertatis quosdã iam ipsa apprehendi cernimus, quare sexus prædictus Eunuchi et ætas nominata ob hanc & alias causas, quarum indicibilis est numerus podagra corrigi potest. Quicumq; morbi podagrici fiunt hi sedata in quadraginta diebus inflammatione finiuntur. Paruos habentes oculos non facile podagra corripuntur, sed magnos & prominentes. Vitia articulorum in pedibus, frequentiora sunt & longiora, Podagra plerumq; principium dat morbo articulari. Podagra cum curatur & materia eius eradicatur, cito ex quacumq; occasione reuerti solet, propter situm membrorum. Podagricorum dispositio in doloribus & apostematibus ipsorum non inducit spasmus, nuncq; enim uisus est podagricus pati conuulsionem, credant mihi lectores quod quandocumq; materia est multa (sicut uidi) etiã chordas & neruos replens dolorem tũ maximũ excitat, quem spasmus sequitur

R 2

licet,

licet autem & tunc dolor podagricis adsit, uehementia tamen & ingens malicia doloris neruorum, podagricum obscurat, unde huius nulla fit mentio, ideo etiam supra hoc de prognostico dubitauimus, oculis enim nostris podagricorum crura conuelli uidemus, Podagricis prolongatur scrotum, Podagra Cholericæ attrahit mortem subito, maxime post infrigidationem plurimam, Podagrici quicumq; aut senes sunt aut circa articulos callos tophaceos concretos habent, aut ærumnose uiuunt, ac siccam aluum habent, hi omnes sani fieri non possunt humana arte. Sanant autem hos optime dissenteria si successerint, prosunt & alia expulsiones quæ ad infernos locos repunt. Qui autem iuuenis est & circa articulos nondum tophaceos callos concretos habet, & accurate uiuit, laboris amans est, & aluum ad obediendum bonam habet, hic sane Medicum intelligentiam habentem prudentemq; nactus, sanus fieri poterit.

Podagricis quandoq; sponte cutis rumpitur materiaq; subnigræcantes, & nonnunq; tophacæ concretiones per uulnus excernuntur.

Podagra uiolentior est omnibus eiusmodi circa articulos morbis, & diuturnissimus, ægreq; cedens, sed non letalis, Podagra sæpius fit quam chyragra propter situm membri. Podagra quandoq; fit post calculum, propter usum balneorum & fricationem quod & ego obseruauit. Soluere nodosam nescit medicina podagram. Podagrici sunt longioris uitæ, quia superfluitates generatæ circa membra principalia ad membra minus nobilia protruduntur. Dolores podagrici uere & autumnò plerumq; reuerti solent. Podagrici ut plurimum sunt pingues & repleti.

C V R A huius morbi sicut & aliarum differentiarum per triplex perficitur instrumentum, Dietam, pharmaca, & manualementem operationem, De uictus ratione in genere hæc habeantur, Fugiant recens nata animalia & uetera, carnes syluestrium animalium alijs præstantiores sunt, comestio etiam leguminum assidua crura debilia tam maribus quam foeminis reddit, panis sit bene fermentatus ut citius descendat, affirmant quidam pane hordeaceo utentes podagra non corripit, particularia tamen magis ex arthritidis dieta huc transferes. Nocet ipsis quoq; multum somnus a cibo

cibo, noctu autem dormiant per septem horas, primo in dextro latere, de-
 inde in sinistro, commendatur & decubitus supra uentrem, capite eleuato
 dormiant, erectior enim decubitus, si quid aliud, coctioni multum accom-
 modat debitoq; modo stragulis pannisq; cotegantur, Abstineant a uino
 mulso & uenere, nam cum quidam sibi in his temperassent securitatem, to-
 tius uitae sibi conciliarunt, post primum sc: paroxysmum, quibus uero mor-
 bus hic longo tempore consuetus est maiori cura indigent, Venus enim pra-
 ceteris podagricos extreme laedit, & praecipue assidua intempestiuq;
 (nam uoluptas per se neruorum corporum firmitatem & robur dissol-
 uit) praecipue si cum uehementi motu perficiatur, conceditur tamen illis,
 qui ob consuetudinem uitioso semine plurimum irritantur. Si uero pa-
 roxismus iam adest interpositis exiguis temporibus modo sedeat, modo si
 potest ingrediatur, aut in sella gestetur, Deinde ante cibum in loco calido
 absq; balneo fricetur, sudet, perfundatur aqua frigida, sumat deinde cibum
 ex media materia additis diureticis, & post repletionem uomat. Equita-
 tio multum his nocet, maxime longa, si tamen cogantur, asserculum latum
 alligatum stapedibus habeant. Exinde reprobatur (quo ad sanitatem) for-
 ma equitandi nostrorum equitum, curuatis digitis pedum stapedibus angu-
 stis innitentium, nam per hanc formam nerui & tendones multum patiun-
 tur & laeduntur, licet a spectantibus laudatur, & aulicis probetur, Iram
 insuper tanq; pestiferum quid fugiant.

Cura per medicamenta & chirurgiam huius morbi diuidetur seu in
 duo reducetur membra, calidam sc: podagram sub qua biliosa & sangui-
 nea comprehenditur, & frigidam, sub qua pituitosa & Melancholica.
 In calida ergo cum sanguis abundarit, minime negligatur phlebotomia,
 nam uenae sectio quibusdam statim in principio cum dolorem percepissent,
 annuam, nonnullis perpetuam sanitatem praestitit, e cubito autem maxi-
 me tempore ueris uacuandi, postmodum etiam ex alijs uenis si necessitas
 exigat.

In biliosa ut in eiusdem speciei arthritide dictum est, humor praepa-
 randus & euacuandus, Localia iam dictarum differentiarum infra sub-

R 3 iungen-



127
iungentur, e quibus quæ biliosæ, quæue, sanguineæ conueniant eliges.

Sub frigida podagra, Melancholica continetur nigro cygno rarior, secundum tamen canones arthritidis melancholicæ curabitur, Pituitosa podagra frequentissima est, unde similiter, quo ad humorum præparationem & per purgantia euacuationem, ut arthritidis eiusdem generis, curatur, Prodest hiera Ruffi, Hieræ Hermetis quæ simul & confortat pedes & c. Debent autem sæpius reiterari ne remanens materia in tophos concreascit.

Vomitu nihil utilius in cura podagræ, nisi ægro thorax & caput facile ab ipso afficiatur, nam stomachum a phlegmate euacuat & diuertit, qui si sponte non fiat, prouocetur sequenti medicamento, & radicum raphani ℥. i. semi: atriplicis, synapi, ceparum, añ ℥. s. pistentur & bulliant in ℥ viij aquæ donec ℥ ij absumentur, coletur & colaturæ adde oxymellis compositi ℥ i. s. uel loco eius oxymellis squillitici tantundem, exhibeatur calidum uel tepidum, hora una post repletionem.

Conueniunt etiam clysteres ut est sequens, & Asari, mercurialis, maluarum, centaureæ minoris, polypodij añ M. s. Agarici ℥. s. mellis ℥ ij Hieræ picræ ℥. i. salis Gemmæ ℥. s. olei sambucini ℥ ij. Misce fiat clyster.

Diureticorum insuper usus multos podagricos pituitosos sanauit, qui purgationibus & Enematibus restitui non potuerunt, Exhibentur autem prout requirit conditio morbi, modo fortiora & per plures dies, ut aqua asari, cum saccharo, item aqua rubræ tinctorum & alia supra commemorata, modo debiliora ut decoctum cicerum, hoc enim multum prodest, præter quoq; ea medicamenta quæ ad intra ad annum aut breuius tempus superius posita exhibentur, commendantur & sequentes antidoti peculiariter, quorum primus Antidotus de cancris uocatur, & Cancrorum uiuorum magnorum ustorum in æreo uase cum lignis uitis ℥ iij. Gentianæ incorruptæ ℥. v. Thuris integri albi ℥ i. Misce detur cochleare uiuum pro uice. Alter Antidotus ex centaureis de quo dicitur, quod etiam per quindecim annos hoc malo laborantes sanitati restituerit, & comæ centaureæ minoris, Tussaginis, rad. centaureæ maio: Gentianæ, Aristolochiæ rotundæ añ ℥. s. contundito cribrato & ℥. i. præbeto per dies quadraginta
ex

ex aqua calida, sequentibus autem diebus anni 3. s. eodem modo præbe.
 Alia Antidotus per annum continuanda, & Agarici, Rhapontici añ 3. 1.
 petroselini 3 ij. phu 3 1. s. Gentianæ 3 iij Hyperici 3 ij s. centaureæ 3 1.
 Aristolochiæ longæ 3 1. s. Rotundæ 3 iij s. chamædryos 3 iij cinamo=
 mi, folij, Aloës añ 3. 1. Mei 3 ij. aut spicanardi duplum, in puluerem re=
 ducta misceantur. Alia antidotus experta per annum propinanda, & A=
 garici, Rhabarbari añ 3. 1. petroselini 3 ij. phu 3. 1. s. Gentianæ 3 iij.
 Hyperici 3 ij. s. Mei 3 ij aut spicanardi 3 iij Miscæ. Alia quæ multos
 iuuat bis in hebdomada ex aqua mulsata data, locum affectum interim inun=
 gendo unguento uiridi Antho ab Aetio, descripto, cum rosaceo aut meli=
 no singulis diebus, & Anisi, cumini Aethiopici, piperis communis, longi,
 seminis cnici interioris añ 3. ij. Euphorbij 3 iij. Mastice 3. vi. Myrrhæ
 3 iij, Moschi siliquam unam, caudæ stinci unius, extremum, mellis quod
 satis est, formetur Electuarium. Si fluxus esset crassus dantur sales The=
 riacales, Trocisci ex Gentiana, hyperico, huius mixtura sub arthritide
 habetur, datur autem Trociscus unus pro uice per totum annum cum ses=
 qui cyatho aquæ calidæ, mane post deiectionem alui super inambulando.
 Datur & Tetrapharmaci cochleare dimidium singulis diebus ex aqua ca=
 lida.

Commendant quidam multum esum uiperarum post debitas euacua=
 tiones, quæ quomodo præparandæ & usurpandæ, Aetius eos docebit.
 Quidam podagricorum utentes lacte Asinino in potu, in perpetuum ab
 hoc malo liberi euaserunt, fortassis à proprietate occulta, quoniam hoc
 uitio nuncq̄ laborare credatur dictum animal. Bibitur & decoctum Amo=
 mi. Item aristolochiæ rotundæ 3. ij. cum mellis 3. s. aliquod diebus uere
 & autumnno, nam ipsos curat, uolunt tamen quidam nescio quibus rationi=
 bus persuasi, ipsam dolores podagricos causare, Prodest & decoctum Be=
 tonicæ, Et speciei arthemisiæ, quæ Tagetes & matricalis dicitur, radix
 cum melle in cœna uel post comesta dolores citissime finit. Laudatur &
 sequens medicamentum, si quis id subito cum podagram incurrit uesper
 iturus cubitum 3 iij. pondere ex aqua calida assumat, & Hermodactylorū,
 Mastice

Masticis, sachari albi añ partes æquales, si æger fuerit complexionis frigidioris adde ciminum & zingiber, Multum & commendatur auctoritatibus & experientia, Theriaca Andromachi, si corporibus pituitosis, post statum ubi dolores mitigati fuerint, exhibeatur, nam fluxiones sistit iamq; infarctos digerit & alias inuehi prohibet, superfluaq; humorum consumit, & totam corporis temperiem inalterat, Non debent ultimo podagrici assumere medicamenta fluxiones sistentia (nec arthriticus aliquis) quæ ipsos non itidem discutiant, nam fluxio per corpus oberrans sæpe in pulmonem irruit, & suffocationem inducit, uel aliam quandam principem partem occupans mortis periculum inferre solet, ubi unica spes superest si in artus possit retrahi. Ossa etiam hominis combusta, in scio ægro, in potu data à proprietate podagricos sanant, Item herba Iua tam recens quam sicca usurpata. Milui caput podagricis auxiliatur si quis ex eo usto sine plumis pugillum unum cum aqua bibat, Suadent auctores (ne & hoc omitatur) hora paroxismi abstinendum esse ab oxymelle & syrupo acetoso, quoniam neruis nocent & materias ad iuncturas dolentes ducunt.

AD LOCALIA nunc deueniendum, calidæ & frigidæ podagræ utilia (ut paulo ante promissimus) ponentes, à Topicis calidæ sumpto initio, obseruetis tamen primo podagricorum ob sanguinis copiam, pedibus in principio, neq; oleum neq; aquam esse adhibendam (uidemus enim sæpe per experientia non solum in hac doloris differentia, sed etiam aliorum articularum molestijs, ægros quosdam (non omnes) ab oleosis & pinguibus multum molestari) sed medicamento fortiter adstringente & leniter exiccante contegendos, ut ex Acatia & utroq; ueratro cum passo tenui aut posca dissolutis, fiant & cataplasmata ex sorbis, mespilis, cornis, hippuri, polygono, folijs quercus, pane permixtis, & ueteri uino maceratis.

Calidæ ergo podagræ (nam & sanguineam & biliosam hoc titulo subintelligi debere supra indicauimus) conueniunt in principio sequentia. Terra nigra quæ in lenticula reperitur uel alia etiam cum aceto trita illinatur. Item cyperi folia uiridia in pastillos digerito, & usu expetente, aceto disso-

130

Dissoluito. Et vitrum cum aceto probe tritum confidenter affricato, Et alu-
men ex aceto, Item re. Tecolithi, Glaucij, Myrrhae, añ ʒ. 5. Aloës ʒ. ij.
terito ac siccum asseruato & usu expetente luteum oui, & uinum auste-
rum admisceto & utitor. Aetitem etiam lapidem cum ouo ac modico
rosaceo illinito, Aqua frigida, large effusa podagricos iuuat, torpor enim
modicus dolorem soluit. Fimus pecudum liquidus excretus earumq; pul-
mones. Muscus item marinus recens, Et rad: Altheae ex uino, Item medul-
la cassiae fistulae illita. Vtor ego ipsa dissoluta, decocto chamemeli, melilo-
ti, altheae cum bono successu, Prolest & cinis rubetae cum cinere hordei
& adipe. Et fricatio pedum ex lepore marino recenti: Fibrinis quoq; pel-
libus calceari utile est, uel uituli marini corio nam & huius adeps conue-
nit. Ranae uiuentes dissectae subinde impositae influxus sedant. Rubigo
ferri illita dolores lenit, Et sanguis mustelae cum plantagine illitus, & ui-
uae combustae cinis cum aceto & rosaceo. Et limus aquaticus cum uino
subactus, Item pinguedo decoctionis ranae eiusq; intestina, Endiuiam Em-
plastrata confert. Item succus Iusquiami, semen eius, & folia, Acetum ra-
dicis uiole albae utile est. Folia semperuiui trita imposita, iuuamentu ma-
ximam praestant, Et psyllium uel muccago ipsius cum aceto & aqua ro-
sacea. Item Fimus uituli lactentis impositus, Et oesypus cum lacte mulie-
bri & cerussa, Item folia salicis in Emplastrum redacta, Et Emplastrum
ex farina hordei, citonio & aceto. Item radix uermicularis cocta cum ra-
dice arnoglossae & super emplastrata, & erugo ferri cum aceto, Item re.
Terra formicarum limpida, ʒ. ij. hordei ʒ. 5. foliorum rosarum ʒ. ij. 5.
farinae fabarum ʒ. ij. Maluae, mandragorae añ ʒ. iij coque maluam & man-
dragoram in W 1. 5. aquae donec cadat medietas, post cola & confice cum
eo reliqua in mortario puluerisata, Misce & adde ʒ. 5. croci & si urgeat
necessitas aliquid opij. Folia etiam papaueris cocta, expressa & superpo-
sita, Item opium cum lacte mulieris & croco, Item terra sigillata cum a-
qua rosacea & aceto, Item plantago cum sale trita & imposita, Item suc-
cus radicis filicis cum aqua rosacea, si uero dolor sit cum tumore & calo-
re, articuli in aqua frigida continendi, non tamen quotidie neq; diu, ne ner-

ui indurescant, Neq; alijs frigidioribus Medicamentis diutius utendum, sed apocrusticis & emollientibus temperanda. Si autem nihil sibi imponi patientur (ut est quorundam mollities) tumorq; nullus adsit, foveri debent spongia madefacta decocto corticum papaveris, uel radice cucumeris syluestris, Crocus etiam cum succo papaveris & lacte ouillo articulis inungendus.

In Augmento adhibeto sequentia, \mathfrak{r} . farinae lentium \mathfrak{z} ij. coquatur cum oxycrato, adde aquam rosaceam imponaturq;. Expertum est hoc Rasuram cucumeris uiridis mixtam pane impone. Confert & lenticula cum polenta hordei mixta. Et acetum cum axungia. Et faba cocta mixta adipi anserino aut ouino. Cinis etiam ossium equorum uetustorum cum aceto subactus. Et mameca (quidam doronicum sic uocant) in aqua macerata trita & illita. Vrtica semen & nidum hirundinis cum lappa terito & illinito.

In Vigore inflammationum \mathfrak{r} . succi hastulae regiae, solatri, Buphtalmi, perdicij añ cyathum dimidium, cerae, Butyri recentis, Axungiae, medullae uitulinae, calcis uiuae añ \mathfrak{z} iij terrae cimoliae \mathfrak{z} i. s. nitri, spumae nitri, fecis uini ustae, pollinis cocti añ \mathfrak{z} i. s. olei boni \mathfrak{z} iij. s. prepara & utere. Aliud quod partes corrugatas relinquit & sine dolore \mathfrak{r} . olei Anetini, chamomelini, Butyri añ \mathfrak{z} . v. Adipis Anserini \mathfrak{z} iij farinae lupinorum \mathfrak{z} ij. s. liquefacito agitando, refrigerata in mortarium fundito, terito & uitellum oui dimidium addito, deinde farinam inspergito & unito. Item, \mathfrak{r} . Muccaginis psyllij, foenugraeci, sem: lini, farinae amborum añ cum cerato ex oleo chamomelino uniantur, fomentetur locus prius aqua calida & dimittatur medicamentum in loco per decem horas. Acetum etiam cum modico sulphuris & uino mixtum superponatur. Et atriplex cum nitro, aceto & melle, feruores enim restinguit, Item sanguis catuli trium dierum illitus. Inunctio pedum cum adipe canino dolores mitiores reddit, Idem operatur pinguedo felis syluestris, Et sanguis tauri, Item \mathfrak{r} . stercoreis canini \mathfrak{z} iij terantur cum \mathfrak{z} . s. axungiae & illinatur, hoc enim multos seruauit, uel caninum stercus album aqua calida subactum illine, olerisq;

132

Olerisq; alicuius folia superpone. Item accipe uini ueteris sextarium, la-
narum succidarum ex locis sub alis ℞. i. madefiant in ipso per triduum in
expressoq; libram unam spumæ nitri dissoluito, tenuissime prius tritam,
addendo olei ℞. ij. misceantur & in uase uitreo reseruata quotidie agi-
tentur, locusq; affectus, a somno, ante & post balneum & a cena, inunga-
tur. Aliud utile, ℞. Terræ salis ℞. 5, aluminis scissi ℥ iij fecis uini ueteris
sextarium dimidium, floris lapidis Asij ℥. ij. terenda terantur, & cum fe-
ce uini mixtis addatur olei sextarius unus, misce & imponito. Illinitur &
fel arietis cum seuo, Item fel caninum, Etiam fimus Gallinarum, & uermi-
um terrenorum cinis cum melle tertia die soluatur, alij ex aqua illinunt,
uel cum aceto & tribus cyathis mellis, pedibus rosaceo prius illitis. Co-
chleæ trita illinantur cum helxines herbe succo, quidam ex aceto cui sal
intritus sit. Adeps uiperarum pedibus podagricorum utilis est. Cinis etiam
cochlearum cum amylo & Tragacantho. Et aqua maris reseruata, nam
tempore uirus deponit, Item sal cum farina melle & oleo. Et flos nitri cum
oleo cyprino in sole inunctus, Affricatur & nitrum in Balneis. Vel spon-
gia aceto salso madida uel posca, si que adhuc feruent loca, ex aqua. Impo-
nitur quoq; urtica trita cum columbarum sanguine. Et ursinus adeps cum
seuo taurino & ceræ pari pondere, Vtile est & balneum natura sicciori-
bus, gracilibus & colore nigrioribus quiq; a tumore in totum sunt liberi
in his enim particule raro intumescunt, sed lacerationes tantum quasdam
in locis affectis percipiunt, inhorrescunt quoq; sepe eadem loca a fluxione
salsa acri & tenui ualde ac erodente uellicata, quare non semel sed iterum
in aëre moderato sunt lauandi, deinde oleo dulci cum aqua conquassato
peruncti in aquam calidam demittendi, ut aliquandiu in ipsa commoren-
tur, tepida autem in prima Balnei domo perfundantur, si uero cum tu-
more non admodum magno post euacuationes dolore infestentur, reliquum
corpus per sicca lintea ad rubificationem usq; perfricandum, exterforijs
quoque smegmatibus utendum, ex Adarce, nitro, pipere, Euphorbio,
staphide agresti añ preparatis, Pedes autem horum muria moderate
perfricandi, & aquam tam calidam quam frigidam uitent. Eos

S 2

item

item qui ab acrioribus fluxionibus irritantur, aqua dulcissima calida perfusos fouere oportet, & totum corpus ex oleo chamomelino in ieiunio illinere.

In curatione per chirurgiam calidæ podagræ & maxime sanguinea, suadent quidam uenas per quas sanguis ad crura descendit ubi tumentes & repletæ conspiciantur, omnino excidendas esse, ut fluxio inhibeatur. Modus & ratio operationis similis est dissectioni uaricum quæ ex chirurgorum libris præcipue græcorum petatur, conueniret & hæc manualis operatio alijs iuncturarum doloribus ex sanguine multiplicato, Sed quoniam non adeo conspicuæ sunt & in cruribus omittitur. Apponunt quidam & sanguisugas ut superabundans per ipsas sanguis euacuari possit.

Frigidæ podagræ cura per localia nunc aggredienda, quoniam universalis corporis ad localia præparatio per purgationes &c. supra tradita est, & ex arthritidis pituitosæ cura colligetur, In principio ergo \mathfrak{r} . fabinae, nucis cupressi, añ \mathfrak{z} iij aluminis \mathfrak{z} . i. Tragacanthi \mathfrak{z} . 5. glutinis piscium q. s. fiat Emplastrum. Item \mathfrak{r} . olei nardini, storacis, myrrhæ, aloës, acatiæ añ Misce cū aqua decoctionis Gallarum fiatq; linimentum. Valet & Scordium cum aceto coctum superimpositum, Et marrubium cum oleo rosaceo uel succus eius appositus, Item populi folia cum aceto & opopanaco superposita. Et flos rosmarini cum farina hordei & aceto, Et caules Brassicæ cum farina fœnuigraci & aceto contuse. Item \mathfrak{r} . Micam panis siliiginei, uitellos ouorum, & cum lacte uel uino austero, paucoq; croco in formam Emplastri redigatur, Item, \mathfrak{r} . cineris nucum cupressi \mathfrak{z} . i. 5. farinae hordei \mathfrak{z} iij confice cum oleo & aqua. Coquatur etiam farina fœnuigraci cum oxymelle. Per experientiam & prodesse creduntur radices cicutæ cum posca coctæ, postmodum per medium fissæ & impostæ. Conuenit & Embrocatio muria, aquæ marinae, & decocti radicum altheæ ex uino austero.

Postmodum sequentibus utaris, \mathfrak{r} . Ammoniacci, Bdellij, storacis, cum uino ueteri dissolutis añ \mathfrak{z} . 5. fœnuigraci, sem: lini añ \mathfrak{z} . ij. cum oleo confino

stino fiat Emplastrum, Item ꝛ Aloës ℥. 5. Myrrhae ℥. ij. salis ℥. i. croci, farina lupinorum añ ℥. 5. sulphuris ℥. i. mellis ℥. iij. aquæ cineris q. s. ad coquendum fiatq; Emplastrum. Fiat etiam Emplastrum ex radice cyclaminis, Item ꝛ farinae seminis lini, foenugræci, aneti, chamomillæ añ ℥. ij. 5. Bdellij, storacis liquidæ, Armoniaci, Galbani añ ℥. i. ꝛ. i. olei liliacci q. s. dissoluatur Gummi cum aceto fiatq; Emplastrum. Inungatur ꝛ sal coctus in urina. Et succus Ebuli inspissatus cum oleo rosaceo, ualet ꝛ oleum Vulpinum tam nostrum quam aliorum, ꝛ etiam simplex oleum vulpinum absq; alicuius alterius rei in coctura admixtione, Item accipe uespertiones septem, bulliant in aqua pluuiali usq; ad consumptionem medietatis. addatur postea tantum olei rosacei ꝛ summitatum salicis bulliatq; rursus usq; ad consumptionem aquæ, oleumq; remanens reseructur. Item, ꝛ olei cucumeris syluestris ℥. i. olei maioranæ, ligustini, ceræ, Terebinthinæ, Galbani, medullæ osium cerui añ ℥. iij. Ranarum nu: iij. sanguinem duarum testudinum, Balsami ℥. ij. coquantur Ranae ꝛ sanguis cum oleo, colentur reliqua, misceantur, fiatq; unguentum, Prodest ꝛ rapa cocta cum adipe porci non salsa. Item chamædrys cocta, tusa, ꝛ imposta, Similiter ꝛ tormentilla trita cum oleo, Item Galanga. Suffumigium etiam bonum fit ex radice ebuli omni die, donec sudet ager postea inungatur oleo costino. Unguentum expertum, ꝛ. felem pinguem excorticatum. pistetur, ꝛ inseratur uentri anseris pinguis, adde axungie salsæ ℥. 5. piperis, sinapi, Euphorbij, Diagridij, pyrethri, rutæ, absynthij, lardi, axungie ursti añ ℥. 5. ceræ ℥. ij. assetur anser ꝛ quod destillat reseructur, Aliud ꝛ. carnes felis coquantur in uino cum ruta, Betonica, foeniculo, saluia, agrimonia, contundantur iterum ꝛ exprimantur colenturq; ꝛ colaturæ ad ignem adde medullæ cerui, Thuris, q. V. coquantur ad spissitudinem. Aliud, Excuetur radix Bryoniae crassa ꝛ impleatur puluere hellebori, Ireos, arthemisiae, calamenti, thuris, rutæ, duasq; partes uacui impleat, tertia repleatur puluere, gentianæ, pyrethri, hermodactylorū, oleo uetustissimo ꝛ cera, obturetur argilla uel pasta aliqua, coquanturq; sub prunis exprimatur deinde et cum expresso inungantur pedes.

Prodest quoq; adeps urfi mixtus cum stercore caprino & croco, applica-
 turq; cum lana succida. Item accipe caniculam paruum probe saginatam
 uiuam, & mustelam uiuam, inque olei sextarios octo & Butyri ℥ iij.
 conijcito, deinde in percolatum oleum calidum, pedes per totum diem col-
 locato. Rapum etiam feruens imponitur. Et Heliotropij herbe folia.
 Item Brassica cum ruta emplastri modo. Item coriandri & salis mica.
 Et bulbus tritus alligatus cum farina hordei. Item Mentastrum tritum
 imponitur. Et pulegium syluestre, nec non anisum cum oleo amigdalorum.
 Item succus Marrubij, Melyssophilli. Item re. Thuris ℥ iij Anmoniaci,
 Thymiamatis zinz: piperis, salis sordidi, idest, terræ salis, floris lapidis,
 Asij, Aluminis scissi, Galbani añ 3. i. opopanacis 3 i. 5. Terebinthina
 3 iij olei cyprini, laurini sansucini, cera añ 3. vi. aceti q. s. ad ea que
 dissoluenda sunt. Aliud, spumam nitri albam cum oleo ueteri terito, eoq;
 locum affectum fricato & miraberis. Conuenit & unguentum Orchestæ
 saltatoris ab Aetio descriptum. Item Martianum, Arragon. Radicem
 asphalati in superficie derasam contusam, cum oleo sufficienti coquito per-
 colato & ad oleum modicum storacis adijcito, quo eliquato sycomori suc-
 cum addito & unito pedesq; illinito, Adeps insuper leoninus si haberi po-
 test multum utilis est. Vulpinus etiam sanat dolores podagricos. Et finum
 ciconiæ cum adipe ueteri tere & illine. Item foenugræcum in aceto acri,
 aut urina acri tere & linteo inductum impone, uel farinam eius cum ax-
 ungia subactam. Item Irebin herbam crataegonon, radicem panacis cum
 uua passa, semen cachryos cum farina orobi. Androsæmon, urinam uiri-
 lem.

Imponitur & urticæ semen cum oleo uetere, aut folia eius cum adi-
 pe ursino, uel radix cum aceto tusa, Item Thymus ex aceto & melle, &
 laser dilutum cum spongia, Et uerruccaria cum radice cocta & hircino se-
 uo mixta. Item asphodeli bulbi per se cocti uel crudi cum polenta. Item
 uua passa enucleata trita cum ruta. Item fici succus lacteus cum luteo oui
 impositus. Et pastillus ex lacte caprifici cum farina foenugræci. Item ac-
 cipe pullos ciconiarum, terantur, coquantur in oleo, colentur & adde adi-
 pis

pis ursini ℥ iiij. s. seu taurini ℥. vi. Medullæ ceruinæ ℥. viij. olei laurini sextarij octauam partem, Myrtini tantundem, stercoris ciconiæ ℥ i. s. Mixta reponito & usu expetente illimito. Cinis ramorum ficus uel foliorum mixtus cum uitello oui, croco, aceto, cera, consumit materiam podagræ pauca quantitatē. Emplastrum etiam ex solo pulegio continuatum, confert, fomentetur tamen prius locus cum decocto chamæmeli et meliloti. Idem præstat & calamentum, & fermentum. Inungatur etiam locus melle & inspergatur puluis nasturtij, hoc tantum in antiquis doloribus fiat. Succus cucumeris asinini coctus cum aceto prodest celeriter, Aqua etiam uitæ ualet ad resoluendam materiam. Smegma podagricū, quo pro unguento & Emplastro uti poteris, ℞. ceræ, colophoniæ añ ℥ iiij succi sem: lini ℥. ij. Adipis Anserini ℥. i. Terebinthinæ ℥. ij. olei omphacini ℥. v. Thuris ℥ i. s. lactis bubuli ℥. ij. candida ouorum quatuor, Ammoniacum & Thus cum lacte & succo seminis lini terito, deinde candida ouorum adijcto liquecibilia liquefacito & refrigerato tritisq; admisceto, & pixide lignea recondito. Aliud expertum, ℞. phu, manna, oesypi añ ℥. i. s. Ammoniaci Thymiamatis ℥ ij. Aluminis scissi, æruginis, añ ℥. s. ob. s. Terebinthinæ ℥. v. spumæ nitri albæ ℥ iiij. opopanacis ℥. s. ob. s. Galbani ob. i. s. medullæ ceruinæ ℥. s. ob. s. olei cyprini, costini añ ℥ iiij. ceræ mellis añ ℥. v. olei ueteris ℥ i. s. Aeruginem, mannam, ammoniacum, alumen, opopanacum, cum modico aceti tere, eisq; liquefacta affunde & utere, in inueteratis affectionibus adarces & Euphorbij añ ℥ i. additur.

Vnguentum ex Rana rubeta liberans à podagra si mane, uesperis & à Balneo eo illinantur, ℞. Radicis cucumeris agrestis uiridis, olei dulcis añ ℥ viiij. medullæ ceruinæ, Terebinthinæ, ceræ añ ℥. vi. Ranam rubetam uiuam, traiecto per plantam pedis filo in oleum demissam coquito, donec flaccescat, deinde extracta ipsa radicem cucumeris conscisam iniijcimus, & donec uires suas in oleum transmittat coquimus, colamus, reliquaque liquefacta & colata addimus & in uase Vitreo reponimus, conuenit

Conuenit & stercus boum, calidum applicatum, Et stercus caprinum cum
 seuo antiquo. Item & seui caprini ℥ iij sinapi ℥ ij Misceantur, Item &
 Muccaginis sem: lini, foenugræci añ. ℥ 5. Butyri insulsi ℥. vi.
 olei sesamini, rutacei añ ℥. i. cineris radicum caulium ℥. ij. ceræ q. s. fiat
 unguentum. Quidam plurimum tribuunt sequenti oleo quod Balsanimum
 uocant, & Terebinthinæ ℥. 5. opopanacis, Galbini, serapini añ ℥ ij Gra-
 norum Iuniperi M. i. Thymiamatis ℥. 5. ponantur in Botiam aut re-
 ceptaculum uitreum magnum non lutatum, & in cineribus ad lentum igne
 per decem horas fiat unguentum, postmodum claudatur & ignis semper
 paulatim augeatur, & fortificetur donec oleum ascendat, debet tamen lo-
 cus primo Embrocari sequenti uino, postq; euacuationes (quod subintelli-
 getur) uniuersales, & Granorum Iuniperi, rad Ebuli, florum chamæmeli
 añ conquassata madefiant per diem unum in uino, exprimantur, & cum eo
 locus embrocetur. Confert & sacculus semine lini conquassato impletus
 coctusq; & impositus. Item & storacis liquidæ, castorei, Euphorbij, Myr-
 rhæ, aloës, acatiæ añ ℥. i. cum uino ueteri fiat Epithema. Embrocetur
 prius locus decocto chamæmeli, meliloti, anethi. Prodest & seuum hirci cũ
 stercore caprarum & croco. Item succus rutæ, aut folia cum melle, Item
 oleum de cucumere asinino, Radix Dracontij cum stercore uaccino. Ruta
 syluestris mixta olibano, cera, maximum enim est hoc remedium, si locus
 prius aqua calida abluatur, Item sulphur uiuum cum nitro et aqua illitum,
 Sal armoniacus à proprietate confert podagræ, fiat etiam Emplastrum ex
 stercore boum, caprino & cinere caulium cum melle. Inungitur & scam-
 monea cum aceto. Cerotum podagricum & ceræ ℥ 1. 5. olei chamomeli-
 ni ℥ 1. 3. i. adipis porcini recentis ℥. vi. croci ℥. 5. crocum cum succo
 fenetionis terito, reliquis liquefactis succum paulatim instillato semper a-
 gitando, & ubi refrixerint ad crocum tritum adijcito & unito, confert &
 Erygeron cum axungia. Et medicamentum hoc ex profundo humores e-
 uacuans & transferens, quo uti possunt in Balneo & post exercitium, spō-
 gia postmodum quod ex hac arida insperstone corporibus inhaeret abster-
 gendo &. Nitri rubei ℥ 1. 5. sinapi sicci ℥ iij. sabinae ℥ iij ueratri albi, sul-
 phuris

phuris uiui añ ℥ i. s. terantur & misce. Aliud ℞. Nitri ueratri nigri
 piperis añ ℥ iij Misce. Aliud in Balneo locis affectis inspergendum, ℞.
 scorie ferri, spumæ nitri albæ añ ℥. s. contusa misce & odoris gratia pa-
 rum folij & costi adde. Discutiunt & tumores podagræ frigidæ (præter
 in cura accendentium dicta remedia) sequentia. Folia raphani, Emplastri,
 modo superposita, Et caules mixti cum rubia coriandro, farina hordei, sa-
 le trito, & emplastri modo superposita. Item bulbus coctus cum uino &
 melle. Et plantago cum aceto tusa, seneton herba cum axungia ueteri, ster-
 cus caprinum cum uino ueteri. Limaciæ tritæ, cum conchilibus suis, Et
 spongia madefacta in lixiuio cum nitro sale & pauco aceto. Dissoluatur
 etiam cera cum oleo liliaceo, additis muccagine sem: lini fœnugræci fiatq;
 unguentum. Chamæpytis insuper resoluit tumores illos, Aliud ad impactos
 articulis humores ob intensam frigiditatem, ℞ olei ueteris ℥ i. s. nitri
 Alexandrini ℥ i. Euphorbij ℥ i. Iridis ℥ ij. farine fœnugræci sextari-
 um, i. s. Misce, Conueniunt etiam his Ischiadicorum remedia, utuntur &
 quidam in declinationibus sinapi cum caricis & alijs rubefactorijs, sed
 hæc in posterum ledunt nisi emollientibus noxam corrigant. Balnea quæq;
 omnibus podagricis conueniunt post inflammationum remissionem, locus
 tamen affectus defendendus est, spongia, aceto & sale immersa, Reiteran-
 dum autem est Balneum in aëre temperato aliquoties, non tamen aquæ ca-
 lidæ diutius insideant pannisq; siccis fricentur per totum corpus, nonnunq;
 & cum morbus in uigore existit commodissimum est, ubi sc: æger pruri-
 gine & uigilijs uexetur, aut alias labore sit fatigatus non neglecto defensi-
 uo iam dicto. Frigidioris quoq; temperaturæ podagrici & maxime si
 tumorem habeant post euacuationes, si balneum desiderent cucurbitulis
 admotis curandi sunt, initio à lumbis factò sursum usq; ad scapulas progre-
 diendo, fricandi etiam per sicca lintheamina & sinegmata extersoria.
 Quidam inobedientes neq; in uictus ratione perseuerare, neq; Medica-
 menta ferre possunt, ut tamen & hi iuuentur naturalia quedam ponam,
 quæ per experientiam (licet curiosa sint) multis profuisse peritissimi af-
 firmant autores. Neros igitur onagri, apri, & ciconiæ in chordas
 T plica=

plicato & dextros neruos, dextro agrorum pedi sinistros sinistro alligato, ubi autem dolor sedatus fuerit auferantur, Aliqui oleo torpedinis cum narcisso herba, luna declinante collecta, & in eodem tempore illito pedibus per triduum podagras curant. Ponunt quidam aliqua obscena quæ ob reuerentiam omitto.

Neruis etiam uulturis ex cruribus & summis pedibus collectis dextris dextrum, sinistris sinistram pedem colligato, non obesse crederem & ego alarum neruos manibus. Leporis tali si alligentur ipsa uiua relicta podagricos alleuiant. Item cutis uituli marini pedibus substrata. Mire etiam iuuat podagricos, sanguis hirundinis illitus. Et uersus Homeri, Si aurea lamina luna existente in Libra, uel Leone inscribatur pedibusq; subiiciatur. Contio turbata est subter quoq; terra sonabat. Item quando in initio uideris pedes inflammari, alliū leuigatū quotidie ipsis inducito, nō soluens donec fuerint exulcerati, deinde urinae pueri impubis quā calculis marinis candentibus incenderis omnia inijcito & utitor. Postea si absynthio pedes obducas adeo efficax est, ut non amplius podagra infestet. Item pes dexter testudinis ligatus super dextrum podagrici pedem dolorem sedat, & sinister super sinistram, nec obesse poterit manus manui. Pes item leporis uiuo abscisus portatusq; dolores podagricos mitigare creditur. Item cornubus ouillis crematis & uino in pila detritis, dextro cornu dextrum pedem, sinistro sinistram inungito & dolores mitigabis. Capiatur Rana uiridis iuuenis in nomine patientis, quando nec sol nec luna fuerint supra terram, abscindantur ipsi forsice pedes posteriores & ligatos in pelle ceruina, si pes dexter dextro pedi, sinister sinistro alligetur sanantur podagrici. Lapis quoq; sarcophagus appellatus excisus, ut pedes ipsi inseri possint in eo retentis dolorem leuat. Noui ego Plinium huic naturam consumendorum cadauerum humanorum in quadraginta diebus, ut saltem dentes remaneant tribuere, quid in uiuis possis ignorare, qui hoc uti uoluerit ad Asson Troiæ proficiscatur, ibi enim reperitur.

Quidam podagricos in uentrem Asini occisi, postquam per 14. dies
furfur

surfure nutritus fuerit conscendere iubent, sed curiosum hoc est & ex parte
 absurdum. Caligæ etiam ex pelle canina factæ angustæ ut pedibus un-
 diq; adhereant, podagricos curant, & in posterum præseruant ab ipsa. I-
 tem in laminam auream quæ sequuntur scribito, luna desinente & neruis
 gruis inuoluito, deinde simili canaliculo eam includito gestatoq; ad talos.
 Meu, Treu, Mor, Phor, Teux, Za, Zon, phe, lou, chri, Ge, Ze, On,
 quemadmodum sol in hisce nominibus firmatur & quotidie renouatur, ita
 hoc figmentum confirmatur quemadmodum prius, Iam, Iam, Cito, Cito,
 ecce enim magnum nomen dico, in quo conquiescentia firmantur, Iaz,
 azyph, Zyon, Threx, Bayn, Choog, firmante hoc figmentum ut erat
 primum iam iam, cito cito. De Chamæleonte quoq; animali quædam à
 quibusdam ad præseruationem & curationem utilia traduntur, sed quia
 Affricæ tantum & Indiæ commune, ego ut curiosum libenter præterij.
 Similiter & quæ de herba sacra seu Alterco traduntur, quoniam ex par-
 te religioni nostræ aduersantur consulto omisimus.

Vbi ex omnibus hætenus positis non curantur, ad extremum reme-
 dium confugiendum cauteria sc: quare crustæ ipsis inurantur actuali
 cauterio potius quam Medicamentis, quia citius & siccius (ut sæpius di-
 ctum est) perurunt utrimq; forissecus, sc: & intrinsecus circa talos cau-
 terio rotundæ oliuæ bacca simili, iuxta magnas uenas ibidem sitas, adacto
 paulo altius situ talorum, quidam contenti sunt eo tantum quod inuritur
 in parte syluestri iuxta talum ut dictum est. Si etiam uenæ magis tumefa-
 ctæ conspiciantur, inurendus est & locus inter magnum pedis digitum, &
 eum qui ei proximus est medium. Ego multum tribuo cauterio, quod sub
 genibus in parte syluestri, ut in Ischiade & Genuum dolore dictum est,
 imprimitur, humores namq; emittit anteq; ad pedem perueniant, cuiuslibet
 liberum est ea ubi uoluerit inurare.

Nunc de podagra ex humorū miscella, accidentibus unamquamq; ipsius
 differentiâ, subsequenter & post curâ ipsius remanentibus aliqd esset ad-
 dendum

dendum, sed quia diffuse satis & copiose, quasi per commune exemplum & similitudinem in uniuersalibus capite sc: 14. actum est, de ipsis lector amicus nos excusatos habebit, si eadem hic non repetierimus, & illis quæ ibidem habentur contentus, accidentibus dictis accommodabit, post quamcumq; etiam localem dolorum differentiam remanentibus.

Hactenus huius seuiſſimæ, & omnium molestiſſimæ dolorum iun-cturarum differentia, curam qua potuimus breuitate strictim tradidimus, superest saltem (sicut requirit necessitas & regulæ artis suadent) ut membra maxime principalia à Medicamentis & morbo debilitata rursus confortentur, uictusq; ratio ea præscribatur aegris, qua in posterum à recidua præseruari in totum possint, uel ipsa tardari, aut aliquo modo tollerabilior reuertens fieri. Verum quæ membra confortent debilitata ab extra & intra capite 14. huius tractatus posita sunt, Dieta uero seu uictus ratio præseruatiua cum maxime sit similis, & congener posita capite 15. differentiaq; sit admodum exigua, contenti erunt lectores illis quæ ibidem dicta sunt, quæ enim omnes tuentur articulos etiam unum præseruant, si tamen quedam huic differentia in præseruatione propria magis sunt, nomen assignatum reperietis, ut quilibet ipsa eo quo pertineant referre possit, fugiens enim non laborem, sed prolixitatem, semel declaranda quæ multoties & pluribus in locis repeti possent, utile duxi.

AB Umbiliculum tandem deducto opusculo gratias agimus Trinitati, quæ studijs & laboribus nostris ab initio semper adsuit, eamq; humiliter deprecamur ut effectus bonus, faustus, & saluber omnes qui ipsos cõsulant, subsequatur, quo per remedia a nobis posita multi ab hoc seuiſſimo morbo liberari possint, mihiq; adsit semper, ut quæcumq; in hac

mea professione egero, ubicumq; uocationem exer-

cuero omnia pie, bene & foeliciter succe-

dant, ad laudem & gloriam ipsius &

utilitatem proximi. Zuiccauij,

Calendis Iulij, 1563.

FINIS.



ERRATA SIC CORRIGE.

Prior numerus folium indicat, subsequens uero uersum ipsius, quod si plura unius folij errata concurrerint, uersuum numeri subsequenter ponentur.

In Epistola dedicatoria, facie prima loco eius lege tria, & facie tertia loco fere lege fore, & ibidem loco palam lege paleari, & facie quarta loco Medicus rationem lege Medicis rationem.

Fol: 1. l. ARTHRITIDIS. & 13. ἀρθρωδία. & 15. Γῆλυμος. & 27. articularis. 2. 12, unde. & 16. Et. 17. arthrodiam. 3. 6. Quarta 5. 16. habens. 23. seuiore. 7. 9. Melancholia, 13. reliquas. 8. 28. nos iubet, 9. 12. enumerationem 30. tumoris. 10. 17. materierum, 25. stipticis, 26. pituitosi, 27. crudus, 11. 9. acquisitio. 17. secentur & exacerbantur, 13, 20. reliquas 21. nunc. 14. 27. splenetici. 15. 10. neruis. 16. 5. sudores. 16. Iam. 17. 25. culo. 19. 26. ab. 29. nimis. 20. 2. leuioribus. 26. leuioribus 21. 21. regenerentur, 25. ut excrementa. 26. propellant. 22. 16. proprietate 20. utens. 23. 24. artus, 24, 3. euacuationem, 17. solidis. 22. influit. 25. 11. conuulsioue, 29. tritam. 26. 14. hæc. 29. 6. Epomphalijs, glandibusque. 30. 1. semper uiuo. 13. fiatque linimentum. 28. cum sandalum 31. 7. bismalua. 13. Epithemata. 15. mortificatq;. 19. Hucusq; de, 22. 26. uatæ. 33. 25. desumas. 34. 10. liquiritiæ rasæ. 15. radices. 25. scammonij. 35. 22. alias. 36. 9. per ipsam. 38. 12. exhaurit. 14. efficit. 39. 15. oleo ueteri. 29. calore. 40. 27. sedetur. 43. 14. scimus nos. 31. cõcedant. 44. 29. s. 45. 1. reiteretur 22. materia. 23. educenda. 28. hæc non, innuerimus. 46. 2. conducibilibus. 4. sint, 20. rum, 26. Thymbram, 47. 7. summa 22. miratusq;. 23. pituitosi. 51. 11. Aristolochiæ. 52. 6. acribus oleribus. 25. Hermodactylos. 55. 5. & sequentibus. 76. perfrictiones, 57. 20. Iride. 58. 5. lateribus. 59. 25. Iridis Gallarum, 60. 26. Erasistroteis, 61. 18. arum 3. 5. 65. 1. membra. & conseruæ. 69. 1. ipsam. 10. samius aster. 70. 14. fiat. 20 & incoctiles. 71. 31. uilicis folia. 72. 7. trixago. 9. Anserinus. 29. contusa. 73. 6. Gleucini. 74. 28. fiatq; ceratum. 75. 22. Thymbram, 79. 7. requirant. 105. 3. & conuenientia localia. 9. commendant. 107. 4. Clyster. 108. 25. opopanacis. 110. 8. Item ex panis. 10. Quidam 112. 13. Arlenium. Reliqua diligens lector per se deprehendet.



Pla 4307.8. 4

ULB Halle

3

002 370 387



TA-OL

(Titel 16 u'

17 muß

durch Handschriften

abt. erfasst werden

17.10.99 J. Ste)

VD17



TRACTATUS
DE ARTHRITIDE
EIVSQUE DIFFEREN-

TIIS SEV SPECIEBUS.

SIGISMUNDI KOLRE-

TERI DE MONTE SANCTAE ANNAE
PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE
DOCTORIS.



LEUCOPETRAE,
EXCVDEBAT GEORGIUS HANTZSCH.
ANNO M. D. LXIII.

XI. / 102

